

G. BALBONI - E. NERI

COLLOQUIA
LATINO SERMONE CONSCRIPTA

AD USUM SCHOLARUM
SECUNDI ORDINIS

LIBRERIA EDITRICE TICCI - SIENA
1937 - XV

A LATINO MACCARI
nelle lingue classiche
maestro

G. BALBONI - E. NERI

CONVERSAZIONI LATINE

PER TUTTE LE SCUOLE MEDIE

LIBRERIA EDITRICE TICCI - SIENA

1937 - XV

Proprietà letteraria
Libreria Editrice Ticci — Siena

Chalboni

E. Terzi

I N D I C E

PARS PRIOR — In schola

PRIMA PARTE — Nella scuola

Antequam fores Lycaeï aperiantur.

Prima che si aprano le porte del Liceo.

- Cap. I. — *Lectionis initium.*
Inizio della lezione.
- » II. — *De Casuum usu.*
Dell'uso dei casi.
- » III. — *De usu verborum.*
Dell'uso dei verbi.
- » IV. — *De Ablativo casu.*
Sul caso ablativo.
- » V. — *Historiae expositio.*
Lezione di storia.
- » VI. — *Consecutio temporum.*
Dipendenza dei tempi.
- » VII. — *De latinis litteris schola.*
Lezione di letteratura latina.
- » VIII. — *De litteris italicis schola.*
Lezione di letteratura italiana.
- » IX. — *De Satira apud Romanos.*
La satira presso i Romani.
- » X. — *De quibusdam Latinitatis auctoribus.*
Di alcuni autori latini.
- » XI. — *De descensu Dantis ad Inferos.*
Discesa di Dante all'Inferno.

PARS ALTERA — In vita
SECONDA PARTE — Nella vita

- Cap. I. — Surrectio matutina.
Levata mattutina.
- » II. — Ludus chartarum.
Giuoco delle carte.
- » III. — Inspectio aedium.
Visita ad un palazzo.
- » IV. — Senis, ad portam Camolliam, adulescentuli spectant transitum eorum qui «*Milles Millium*» passuum autocinetis conficiendorum in certamen descenderunt.
A Siena, presso la porta Camollia, al passaggio delle « Mille Miglia ».
- » V. — In Cinematographo.
Al Cinematografo.
- » VI. — Ludus follis.
Certamen in Stadio «*Ioanni Berthae*» dicato, Florentiae.
Il giuoco del calcio.
Partita svoltasi allo Stadio Berta di Firenze.
- » VII. — Renuntiatio ad Italorum populū in conditionem advocatum Romani Imperii de-
nuo restituti.
Proclama agli Italiani per la fondazione del nuovo Impero.

PARS PRIOR



IN SCHOLA

PRIMA PARTE



NELLA SCUOLA

ANTEQUAM FORES LYCÆI APERIANTUR

A - Salvus sis, Petre!

P - Et tu salvus sis, amice! Cur tam anhelus advenis?

A - Solito diutius domi sum commoratus, ut ea recolerem quae hodie magistro reddenda sunt.

P - Te beatum! Ipse enim pensa absolvere non potui. Heri totum fere diem in campo lusi folle pedibus mittendo; quo genere lusus maximam delectationem percipio.

A - Ioco an serio dicis?

P - Serio quidem, adeo ut timeam ne poenas solvere debeam; quae ex memoria hodie reddenda sunt haud teneo absolute.

A - Noli animum demittere, suspicari enim licet te interrogatum non iri. Quod si forte accidat, aequo animo sis, peropportune evenit, ut pone te sedeam, suggeram dissimulanter et fideliter, qua in arte nondum quemquam inveni, non dicam parem sed ne secundum quidem.

PRIMA CHE SI APRANO LE PORTE DEL LICEO

A - Salute Pietro!

P - Salute anche a te, amico! Perchè arrivi così affannato?

A - Mi son trattenuto più a lungo del solito a casa, per ripassare ciò che si deve ripetere oggi al professore.

P - Felice te! Io infatti non ho potuto terminare i compiti. Ieri ho trascorso quasi tutto il giorno al campo sportivo a giocare a calcio; dal qual genere di gioco traggio grande diletto.

A - Lo dici sul serio o per ischerzo?

P - Sul serio, purtroppo, tantochè ho paura di dover pagare il fio; quel che oggi bisogna ripetere a memoria non me lo ricordo affatto.

A - Non ti scoraggiare; si può anche pensare che tu non sarai interrogato; e se per mala ventura avvenga, sta' tranquillo. Per fortuna io siedo dietro a te, ti suggerirò in modo da non farmene accorgere e bene, arte nella quale non ho trovato ancora, non dirò uno che mi uguagli, ma che mi sia secondo.

P - Gratias tibi quam plurimas ago, spes opesque meae in te omnes sunt. Sed ecce Franciscus! Salvum te venisse gaudemus, quid novi offers? Interfuistine conventui quem in hesternum diem indixit is qui in nostra urbe praeest « Lictoriae Pubi »?

F - Interfui et maximi momenti res decretae sunt.

P et *A* - Quaenam?

F - Decretum est, ut proxima dominica die omnes lictorii adulescentes exercitationi campestri intersint. Hora prima nos convenire debemus in plateam « Joseph Garibaldi », militari ornatu induti, sagulum convolutum in balteo gestantes, quod periculum est, quo coelo iamdudum utimur, ne imber decidat. Sclopetum sumenda erunt in aedibus « Militiae Voluntariae Nationis Securitati tuendae ». Cum autem verisimile sit, ut exercitatio producatul ultra meridiem, unusquisque debet secum conferre in sacculo quod sufficiat siti atque fami explendis. Sed mihi videor tintinnabulum audire. Iam patent fores et ianitor nos intro vocat. Utinam Deus bene rem vertat!

I.

Lectionis initium

Ductor classis - Sodales at.... tendite! Salvere iubete! (*lictorio more*).

Magister - Considerere iube!

D C - Considite!

M - Cur tu tam sero ades? Ubi moratus es? Quid excusas?

Carolus - Curriculo electrico praesto non fui, cum horologium meum haud recte metiatur.

P - Ti ringrazio veramente di cuore; tutte le mie speranze, tutte le mie fortune sono in te. Ma ecco Francesco! Ben arrivato! Che ci porti di nuovo? Fosti ieri all'adunata che indisse il Presidente dell'Opera Balilla?

F - Ci partecipai e furono stabilite cose importantissime.

Fu deciso che Domenica prossima i Giovani Fascisti partecipino ad una esercitazione in campagna. Dobbiamo riunirci alle sei in « Piazza Garibaldi » in divisa, con la mantellina arrotolata a tracolla, perchè c'è pericolo che piova, dato il tempo che fa. I moschetti bisognerà prenderli alla sede della « Milizia Volontaria Sicurezza Nazionale ». Essendo poi probabile che l'esercitazione si protragga oltre mezzogiorno, ognuno deve portare nel tascapane quel che gli basti per la colazione. Mi sembra di sentire suonare la campanella; si apre già la porta e il portiere ci chiama dentro. Che Dio ce la mandi buona!

I

Inizio della lezione

Capo classe - Compagni attenti! Saluto!
(*col saluto fascista*).

Professore - Comanda di sedere!

C C - Seduti!

P - Perchè tu arrivi tanto tardi? Dove ti sei fermato? Come ti giustifichi?

Carlo - Siccome il mio orologio non va bene, ho fatto tardi al tram.

M - Iam plus quinque puncta secunda semihora praeteriit, propterea ex legibus et institutis huius Lycaeii in classem te accipere vetor; adi igitur praesidem, si tibi ignoscere velit; si veniam impetraveris, schedulamque mihi praebueris ab eo subscriptam (vel scholasticum commentariolum) te in classem accipiam, sin aliter, quod ad me attinet, domum vel ambulatum abire potes. Intellexistin?

C - Intellexi, magister, nec quicquam habeo quod contra dicam, sed velim, nunc quidem, mihi ignoscas. Culpa mihi videor omnino vacare.

M - Non possum, propterea quod et alias idem deliquisti; iamdiu ingenium moresque tuos cognovi, exi foras! Adi praesidem! Iterum idem iubere non assuevi.

De qua disciplina hodie schola habenda est?

D C - De usu ablativi casus.

M - Bene! sed primum omnium, ad nomina respondete, vel potius, ne tempus amittamus, tu qui classi a disciplina praees, eorum nomina refer qui absunt. Heus, tibi dico! audisne? an aures obstructas habes?

D C - Purgatas aures habeo quam maxime, magister! Optime audivi sed in ineunda ratione sodalium totus eram, mecumque reputabam qui absentium numerus esset quaeque eorum nomina. Camillus Bianchi non adest.

M - Hic quidem iam diu abest; aegrotatne? an domesticis de causis ab schola prohibetur? Quis vestrum de eo comperit? Nemone?

Marius - Domicilium alio transtulit. Rem militarem cum iam inde a pueritia capessere studeret, ubi

P - Le otto e mezzo son passate già da cinque minuti, perciò secondo le leggi e i regolamenti di questo Liceo non ti posso accogliere in classe; vai dunque dal Preside, a farti scusare; se ti giustificherà e tu mi presenterai un biglietto firmato da lui (o il diario scolastico) ti riceverò in classe, se no, per conto mio, puoi andare a casa od a fare una passeggiata. Hai capito?

C - Ho capito, professore; e non ho nulla da dire; ma vorrei che per questa volta mi perdonasse. Mi sembra di non avere affatto colpa.

P - Non posso; infatti anche altre volte hai commesso la stessa mancanza; già da un pezzo il tuo modo di fare non mi piace. Vai fuori! Vai dal Preside! Non sono avvezzo a dire due volte la stessa cosa. Di che materia oggi si deve parlare?

C C - Sul caso ablativo.

P - Bene! Ma prima di tutto rispondete all'appello o piuttosto, per non perder tempo, tu, che presiedi alla disciplina della classe, dimmi i nomi degli assenti. Ehi! dico a te, non ci senti? Hai forse le orecchie foderate di prosciutto?

C C - Ho le orecchie ben sturate, professore, ho sentito benissimo; ma ero tutto occupato a fare il conto degli assenti e a ricordarne il nome. Manca Camillo Bianchi.

P - Già, questo è assente da un pezzo, è forse malato, oppure è impedito di venire a scuola per ragioni di famiglia? Ne sa qualcosa nessuno di voi? Nessuno?

Mario - Si è trasferito altrove. Desiderando fin da bambino darsi alla carriera militare, non appena, pre-

primum, periculo sui facto, dignus, qui ad̄ superiorem ordinem scholarum transferretur, a collegio probationis arbitratorum iudicatus est, ad̄ scholam militarem se conferre potius habuit.

M - Optime! Nam Italiae, si unquam alias, hodie strenuis militibus, armis exercitatis artisque militaris peritissimis, opus est. Omnes fere Europae gentes invidis lividisque oculis nostri populi incrementa observant, neque possunt aequo animo ferre per Lictoriam Fidem stetitisse quominus nostra Patria, insanis illis Sarmatarum doctrinis infecta atque inquinata, funditus everteretur.

Quae exterarum gentium invidia, post Aethiopicam expeditionem, qua iterum Romanorum imperium ex septem collibus fatorum plenis affulsit in dies maior atque acrior crevit. Sed de hoc hactenus. Ubi huius classis libellus memorialis? Cedo mihi, ut eorum nomina qui absunt inscribam. Heus tu! quid fabularis? Ne quis silentium rumpat!

II.

De casuum usu

Magister - Quae ad primam declinationem substantiva pertinent?

Caius - Ea quorum genitivus est in « ae ».

M - Quot sunt genera?

C - Duo. Masculinum et femininum.

M - Quot sunt casus?

C - Sex.

M - Qui casus recti dicuntur?

C - Nominativus et vocativus.

sentatosi agli esami, fu giudicato degno di passare al corso superiore dalla commissione, preferì andare al collegio militare.

P - Benissimo! Infatti l'Italia, se altre volte mai, oggi ha bisogno di soldati valorosi, esercitati nelle armi ed espertissimi nelle cose militari. Quasi tutti i popoli d'Europa guardano con occhi invidiosi e astiosi il progresso del popolo nostro, e non possono tollerare che sia dipeso dal Fascismo, chè altrimenti la nostra Patria, avvelenata dall'insana dottrina dei Russi, sarebbe andata in completa rovina. Questa invidia degli stranieri, dopo la spedizione d'Abissinia, per la quale, per la seconda, volta l'Impero Romano dai sette colli fatali di Roma rifulse, è andata di giorno in giorno divenendo maggiore e più acre. Ma di questo basta. Dov'è il registro di classe? Dammelo, perchè ci possa segnare i nomi degli assenti. Ehi! tu che chiaccheri! Nessuno turbi il silenzio!

II.

Sull' uso dei casi

Professore - Quali nomi appartengono alla prima declinazione?

Caio - Quelli il cui genitivo esce in « ae ».

P - Quali sono i generi?

C - Due. Maschile e femminile.

P - Quanti sono i casi?

C - Sei.

P - Quali sono i casi retti?

C - Nominativo e vocativo.

M - Qui casus obliqui?

C - Reliqui omnes.

M - Mihi videris satis profecisse!

- Flecte substantivum « scriba »!

C - Scriba - ae - ae - am - a - a - ae - arum - is - as -
ae - is.

M - Quid significare potest « scribis? ».

C - « Agli scrivani », « dagli scrivani », « cogli scri-
vani », « per gli scrivani ».

M - Revoca in mentem ea quae persaepe monui,
cum vos exercebam in agnoscendis complementis; « dagli
scrivani » quid significare potest?

C - Is a quo actio fit.

M - Quod igitur complementum est?

C - Complementum agentis.

M - Quomodo latine reddendum est? Num per sim-
plicem ablativum?

C - Minime quidem, magister, sed per ablativum
cum praepositione « a » vel « ab ».

M - Perge ad rogata respondere. Locutio « cogli
scrivani », quam habet notionem?

C - Coniunctionis et societatis.

M - Hanc notionem quo casu Latini exprimunt?

C - Ablativo casu, adiecta praepositione « cum ».

M - Quid significat « per mezzo degli scrivani? ».

C - Eum per quem aliquid fit.

M - Quomodo latine igitur vertendum?

C - Si de animantibus agitur, per accusativum cum
praepositione « per », si autem de (inanimis) rebus per
ablativum sine praepositione.

M - Recte habet. Suntne substantiva quae in dativo
casu et in ablativo pluralis numeri exitum habent in
« abus » pro « is »?

P - Quali sono i casi obliqui?

C - Tutti gli altri.

P - Mi sembra che tu abbia abbastanza progredito!

Declina il sostantivo « scriba »!

C - Scriba - ae - ae - am - a - a - ae - arum - is - as -
ae - is.

P - Che cosa significa « scribis »?

C - « Dagli scrivani », « cogli scrivani, « per gli scrivani ».

P - Richiama alla memoria ciò che spesso ho ricordato, quando vi esercitavo a riconoscere i complementi; che cosa può significare « dagli scrivani »?

C - La persona da cui vien fatta l'azione.

P - Che complemento è allora?

C - Complemento d'agente.

P - Come si deve tradurre in latino? Forse col semplice ablativo?

C - No, davvero, professore! Ma coll'ablativo colla preposizione « a » o « ab ».

P - Continua a rispondere alle mie domande. La locuzione « cogli scrivani » che cosa significa?

C - Compagnia e società.

P - I Latini come esprimono questo concetto?

C - Coll'ablativo retto dalla preposizione « cum ».

P - E « per gli scrivani » che cosa significa?

C - Colui per mezzo del quale alcunchè è fatto.

P - Come si traduce in latino?

C - Se si tratta di « esseri animati », coll'accusativo retto dalla preposizione « per », se poi si tratta di « cose » col semplice ablativo.

P - Sta bene. Ci sono dei sostantivi che nel caso ablativo e dativo plurale escono in « abus » invece che in « is »?

C - Sunt, magister!

M - Agedum! Profer quae sint!

C - « Filia » « Dea » « Mula » « Equa » et alia admodum pauca.

M - Bene, puer! Tu locum tuum repete, tibi succedat Sextus, quem saepius deprehendi nescio quid in aures condiscipuli insusurrantem!

Sextus - Mene insusurrantem!

M - Num putas me oculis captum esse?

C - Ego vero tibi attendebam; condiscipulus meus subinde me molestia afficiebat, rogando et flagitando ut ipsi vacarem quod haberet dicendum nescio quid mihi.

S - Falsum dicis, sceleste! Nihil habui, nec quicquam unquam habebo quod tecum communicem!

M - Sat! Iurgandi finem facite; sin autem, foras ambos expellam! Tu, quem vocavi, veni ad cathedram ut dicas quae nomina ad secundam declinationem pertinentia, quamquam desinunt in « us », sint generis neutri.

S - Sine, quaeso, me paulisper rem recolere!

M - Num expectas, dum aliquis te moneat?

S - In summo ore habeo, sed explicare non possum.

M - Bono animo sis (*nonnihil temporis transit*).

S - « Vulgus »;. .

M - Perge dicere!

S - Reliqua mihi penitus e memoria exciderunt.

M - Non miror, qua negligentia es! Ipse dicam: « Pelagus » « virus », quae tantum singulari numero usurpantur. Intellexistine, pessime? Quando ad bonam frugem redibis?

S - Tempus defecit ut me pararem ad lectionem reddendam.

C - Ci sono, professore!

P - Suvvia, di quali sono!

C - « Filia » « dea » « mula » « equa » ed altri pochissimi.

P - Bene! Tu ritorna al tuo posto, venga Sesto, che più volte ho sorpreso a sussurrare non so che cosa negli orecchi del compagno.

Sesto - Io sussurrare!

P - Credi che sia cieco!

C - Io stavo attento, il mio compagno mi dava noia perchè gli dessi retta, avendo qualche cosa da dirmi.

S - Menti, o perfido! Non ho mai avuto e non avrò mai nulla da dirti!

P - Basta! Se no vi cacerò fuori tutti e due. Tu che ho chiamato, vieni alla cattedra e dimmi quali nomi della seconda declinazione sebbene escano in « us », sono di genere neutro.

P - Permetta che io ci ripensi un po'!

P - Aspetti forse che qualcuno ti suggerisca?

S - L'ho sulla punta della lingua, ma non mi riesce di dirlo.

P - Stai tranquillo (*passa un po' di tempo....*).

S - « Vulgus ».

P - Continua!

S - Gli altri mi sfuggono del tutto.

P - Non me ne meraviglio, data la tua negligenza. Li dirò io: « pelagus » « virus », che si usano solo al singolare. Hai capito, bricconcello? Quando ti metterai sulla buona strada?

S - Non ho avuto tempo di prepararmi a ripetere.

M - Cur?

S - Cum mea mater heri vesperi in febrim incidisset, neque quisquam domi esset (nam pater meus nondum ex suis negotiis redierat), ipse debui ad pharmacopolam ire ut medicamenta emerem.

M - Quantum temporis necesse fuit?

S - Circiter semihora, nam a pharmacopola longissime absum.

M - Non habeo te excusatum; semihoram quis non videt esse minimum temporis spatium? Qua igitur in re reliquum tempus trivisti?

S - Opus mihi fuit assidere totum vesperum matri meae, ob eamque curam vacare non potui lectioni ediscendae.

M - Cum res ita se habeat, in praesens te excusatum habeo.

Heus tu! istinc ubi es, dic mihi quae substantiva in vocativo casu singulari habeant exitum in « i » pro « e ».

Decius - Nomina propria quae in nominativo desinunt in « ius », necnon « filius » et « genius ».

M - Recte habet. Qui igitur est vocativus nominativi « Pompeius »?

D - Pompei.

M - Profer vocativum nominativi « Dareus »! Cave insidias!

D - Non cadam in laqueum: « Darie ».

M - Redde latine: « Mio Dio » et « Mio figlio »!

D - « Mi Deus » « Mi fili ».

M - Optime, puer! Octava nota dignus es. Nunc libet ex aliquo vestrum nonnulla ad tertiam declinationem pertinentia percontari. Quis adire periculum audet?

P - Perchè?

S - Mia madre ieri sera fu presa dalla febbre, e siccome non c'era nessuno in casa (perchè mio padre non era ancora ritornato dai suoi affari) dovetti io stesso andare dal farmacista a comprare le medicine.

P - Quanto tempo ti fu necessario?

S - Circa mezz'ora, perchè abito molto lontano dal farmacista.

P - Non ti scuso; chi non vede che mezz'ora è uno spazio di tempo trascurabile? In che cosa hai consumato il tempo che ti rimaneva?

S - Dovetti assistere tutta la sera mia madre e, per questo, non potei aver tempo di ripassare la lezione.

P - Stando così le cose, per ora ti scuso. Ehi tu! di costì dove sei, dimmi quali nomi al vocativo singolare escono in « i » anzichè in « e »!

Decio - I nomi propri che nel nominativo escono in « ius », ed anche « filius » e « genius ».

P - Qual'è dunque il vocativo del nominativo « Pompeius »?

D - Pompei.

P - Dimmi il vocativo del nominativo « Dario »!
Bada al pericolo!

D - Non cadrò in trappola! « Darie ».

P - Traduci in latino: « o mio Dio » e « o mio figlio ».

D - « Mi Deus », « Mi fili ».

P - Benissimo! ti dò otto. Voglio ora fare a qualche altro alcune domande sulla terza declinazione. Chi di voi vuol venire?

Titus - (*Tollit manum*).

M - Surge, et profer quae substantiva generis neutri desinant in « ablativo singulari » in « i » in nominativo plurali in « ia » et « in genitivo plurali » in « ium ».

T - Substantiva neutra quae exeunt in nominativo singulari in « e » « al » « ar » et in genitivo in « alis » et « aris » producta sillaba « a ».

M - Sat est! Considas, ut ex alio quaeram quae quintae declinationis substantiva per omnes pluralis numeri casus flecti possint. Auguste, responde!

A - « Dies » tantum et « res »; reliqua omnia tres casus solum pluralis numeri habent: nominativum, accusativum, et vocativum.

M - Cuius generis est « dies »?

A - Masculini generis plerumque, feminino genere tum tantum usurpatur, cum de tempore certo atque definito agitur.

M - Recte respondisti! Confirma exemplo!

A - « Praestituta die legati venerunt ».

M - Doctus es latine, mi puer! Percalles etiam coniugationem verborum.

A - Memoriae mandavi totam sententiam quae est in grammaticae artis libro quo utimur.

III.

De usu verborum

M - Quae verba deponentia dicuntur?

D - Ea quae flectuntur passive, sed sensum habent activum.

M - Bene respondisti! Convertite igitur latine hanc sententiam: « Esortati i soldati, Cesare attaccò battaglia ».

Tito - (*alza la mano*).

P - Alzati, e dimmi quali sostantivi neutri escono nell'ablativo singolare in « i », nel nominativo plurale in « ia » e nel genitivo plurale in « ium ».

T - I nomi neutri che escono nel nominativo singolare in « e » « al » « ar » e al genitivo in « alis » e « aris » coll'« a » lunga.

P - Basta. Siedi, perchè possa domandare ad un altro quali nomi della quinta possano declinarsi in tutti i casi del plurale. Rispondi tu, Augusto!

A - Soltanto « dies et res ». Tutti gli altri hanno soltanto tre casi al plurale: il nominativo, accusativo e vocativo.

P - Di che genere è « dies »?

A - Per lo più maschile, però si usa al femminile, se indica tempo certo e determinato.

P - Hai risposto benissimo! Dimostralo con un esempio!

A - « Gli ambasciatori vennero nel giorno stabilito ».

P - Sei dotto, ragazzo mio! Conosci bene anche la coniugazione dei verbi.

A - Ho imparato a memoria tutta la proposizione nella grammatica che usiamo.

III.

Sull' uso dei verbi

P - Quali verbi si dicono deponenti?

Mario - Quelli che si coniugano come passivi, ma hanno significato attivo.

P - Va bene! Traduci dunque: « Esortati i soldati, Cesare attaccò battaglia ».

D - «Hortatis militibus, Caesar pugnam commisit».

M - Num ita erat vertendum? Quid modo dixisti? Recole paulisper! Quid significat «hortatus»?

D - «Avendo esortato».

M - Quomodo igitur intellegendum est, si quis «hortatis militibus» dicat?

D - «Avendo i soldati esortato».

M - Agedum igitur, o bone; emenda erratum!

D - «Caesar hortatus milites, commisit proclium».

M - Laudo! Verte nunc in latinum sermonem «L'Italia è ammirata da tutti i popoli».

D - (*Haesitat.*)....

M - Quid haesitas, imperitissime? Quo mente vagaris? Non debet animus in minimis demitti!

D - Italia adm...

M - Ne unam sillabam adieceris; iam intellexi quos delapsurus. Memento deponentia, quae dicuntur, verba passive intellegi non posse.

D - «Omnes admirantur Italiam».

M - Quasi ad deverticulum quoddam confugisse videris, nam, quamquam si quis ita scribat, non est qui possit improbare, tamen etiam «Italia omnibus admirationi est» dici poterat. Redi ad locum tuum! Ad alia transeamus! Quis vestrum meminit quae sint ea verba quae in imperativo expungunt vocalem «e»?

Tu qui manum tollis, quamvis semel atque iterum vetuerim, profer scientiam tuam, profer dico!

D - (*Subridens*) Unum ipse, magister optime, dixisti: reliqua sunt «dic» «duc» «fac».

M - Si haec quae protulisti verba sunt cum praefixo aliquo coniuncta, eodem modo exeunt in imperativo; ita «benedic» «deduc» «effer» «calefac»

M. - «Hortatis militibus, Caesar pugnam commisit».

P. - Bisogna tradurre così? Che cosa hai detto ora? Ripensaci un po'! Che cosa significa «hortatus»?

M. - «Avendo esortato».

P. - Come dunque bisognerebbe intendere, se si dicesse «Hortatis militibus»?.

M. - «Avendo i soldati esortato».

P. - Correggi dunque l'errore!

M. - «Caesar hortatus milites commisit proelium».

P. - Bravo! Traduci in latino: «L'Italia è ammirata da tutti i popoli».

M. - (*Esita*).

P. - Perchè esiti, o ignorantissimo, a che pensi? Non bisogna perdersi nelle piccolezze!

M. - Italia ad.....

P. - Non aggiungere una sillaba di più! Ho già capito dove andresti a finire! Ricordati che i deponenti non possono avere significato passivo.

M. - «Omnes admirantur Italiam».

P. - Mi sembra che tu sia ricorso ad una scappatoia; infatti traducendo così, nessuno avrebbe potuto accusarti d'errore, tuttavia si poteva anche rendere con «Italia omnibus admirationi est». Torna al tuo posto! Passiamo ad altro! Chi riesce di voi a ricordarsi quasi sono gli imperativi che elidono la vocale «e»? Tu che alzi la mano, benchè più di una volta ve lo abbia proibito, metti fuori la tua scienza, mettila fuori ti dico!

Livio - (*sorridendo*). Uno, professore, l'ha detto Lei, gli altri sono «dic» «duc» «fac».

P. - Se questi verbi che hai detto sono uniti a qualche preposizione, fanno all'imperativo allo stesso modo, così si deve dire: «benedic» «deduc» «effer»

dici debet. Tamen ea verba quae ex verbo «facio», praemissa praepositione constant, ita ut verbum «facio» vocalem «a» mutet in «i», communem legem servant. Verbi gratia: «Perfice» «confice» dicendum est. Numquid vestrum meminit quomodo passive sit flectendum verbum «facio?» Heus tu, qui tam insolenter fabularis, responde!

D - Verbi «facio» loco, verbo «fio» utendum est.

M - Recte; si hanc tibi propositionem latine vertendam proponam «Le messi sono riscaldate dal sole», quomodo vertas?

D - «Segetes sole calefiunt».

M - Optime! At si dicam «I nemici erano uccisi dai nostri» num «interfiebant» vertas?

D - Minime quidem!

M - Quomodo igitur?

D - «Interficiabantur».

M - Bene, o bone, agedum! Condiscipulis tuis explica quae sint grammaticae praecepta sequenda cum passive verba quae ex «facio» aliquo praefixo adiecto, constant, declinari debeant.

D - Ea discernenda sunt verba quae cum praepositione sunt composita, ab iis verbis quae alicuius verbi radicem prae se habeant.

M - Probe praecepta grammaticae calles. Nunc pauca de verbo «eo» recolamus. In latinum sermonem converte: «Di colui che ritorna da Roma».

D - «A Roma redientis».

M - O miram ignorantiam! Spem meam fefellisti! Primum omnium nomina propria urbium postulant casum ablativum sine praepositione, quotiescumque de

« calefac ». Tuttavia i verbi composti di « facio » che cambiano la vocale « a » di « facio » in « i », seguono la regola generale; per esempio bisogna dire: « perfice » « confice ». Si ricorda qualcuno di voi come si deve tradurre al passivo il verbo « facio »? Ehi, tu che parli tanto insistentemente, rispondi!

D - Bisogna usare, al posto di « facio », il verbo « fio ».

P - Va bene; se tu dovessi tradurre in latino la proposizione « Le messi sono riscaldate dal sole » come tradurresti?

D - « Segetes sole calefiunt ».

P - Bene! Ma se dicessi « I nemici erano uccisi dai nostri » tradurresti forse « interfiebant »?

D - No davvero!

P - Come allora?

D - « Interficiebantur ».

P - Bene! Bravo! Orsù spiega ai tuoi compagni quali regole di grammatica si devono seguire, quando bisogna coniugare al passivo i verbi composti di « facio ».

D - Bisogna distinguere quelli composti con una preposizione da quelli che sono preceduti dalla radice di qualche verbo.

P - Conosci bene le regole di grammatica! Ora passiamo a dire qualche cosa sul verbo « eo »; traduci in latino « Di colui che ritorna da Roma ».

D - « A Roma redientis ».

P - O straordinaria ignoranza! Hai deluso le mie speranze! Prima di tutti i nomi propri di città, usano l'ablativo senza preposizione, quando significano « mo-

motu ex loco notionem habent, deinde animadvertite quaeso, quomodo inflectatur participium praesens verbi « eo ».

D - « Lapsus linguae », magister, fuit; noli irasci mihi! « Redeuntis » dicere debebam.

M - Nunc tibi ignosco, sed dehinc cave ne quicquam temere proferas. Quae sunt ex « eo » verba structa?

D - « Transeo », « in eo », « redeo »; alia non memini.

M - Quid significat « venit »?

D - Egli « venne » o « viene ».

M - Redde igitur italice « Magna vis frumenti venit ».

D - Res nullius laboris est. « Grande quantità di frumento venne ».

M - Quid si adiciam « magno pretio »?

D - Nunc in incerto sum; sine me recolere.

M - Quid cogitas?

D - « Grande quantità di frumento venne per gran prezzo ».

M - Quidnam ex ore tuo excidit?

D - Paulisper, optime magister, exspecta meminisse videor: « Una grande quantità di frumento è venduta a caro prezzo ».

M - Iuvat te meminisse; mirum fuisset nisi in mentem venisset, nam saepius vos monui passivam formam verbi « vendo » esse « veneo ». Aliud tibi periculum proponam.

« Il mio patrimonio è perduto » quomodo latine reddendum est?

D - « Res mea familiaris perdita est ».

to da luogo », poi sta' attento come si declini il participio presente del verbo « eo ».

D - E' stato un « lapsus linguae », professore! Non s'inquieti con me! « redeuntis » avrei dovuto dire.

P - Per ora ti perdono, da ora in poi stà attento a non dire nulla senza prima riflettere. Quali sono i composti del verbo « eo ».

D - « Transeo » « in eo » « redeo ».

P - Che significa « venit »?

D - « Egli venne o viene ».

P - Traduci allora in italiano « magna vis frumenti venit ».

D - Ci vuol poco: « Grande quantità di frumento venne ».

P - E se aggiungerò « magno pretio ».?

D - Mi lasci riflettere, sono incerto!

P - Dunque che pensi?

D - « Grande quantità di frumento venne per gran prezzo ».

P - Che mai uscì dalla tua bocca!

D - Aspetti un po', professore, mi sembra di ricordarmi « Una grande quantità di frumento è venduta a caro prezzo ».

P - Ho piacere che ti sia venuto in mente, sarebbe stato strano che non te ne fossi ricordato, perchè più di una volta vi ho avvertito che il passivo del verbo « vendo » è « veneo ». Ti sottoporro a un'altra prova: « Il mio patrimonio è perduto » come si deve tradurre?

D - « Res mea familiaris perdita est ».

M - Iam iterum vehementer errasti: est enim quoddam verbum ex « eo » structum quod pro passiva forma verbi « perdo » usurpatur.

D - Iam venit in mentem! Mirabar quod non meminissem, nam heri totum fere diem consumpsi in hac grammaticae parte ediscenda.

M - Agedum profer!

D - « Res familiaris periit ».

M - Bene! Sed velim magis sedulo dehinc excutias quaecumque ediscenda in dies praescripsero, quo promptius et expeditius respondere possis.

IV.

De ablativo casu

M - Accedat ad cathedram Antonius Rossi!

R - Adsum!

M - Quae sunt praecepta ad ablativum, casum pertinentia? Quot in casibus usurpatur? Quae eius notiones?

R - Ablativus significare potest: « Tempus », « modum », « instrumentum » quo aliquid fit, « pretium », « aestimationem » (cum definitur) « originem » « discrepantiam » « amotionem » « statum in loco » « motum de loco » « comitatum » et cetera.

M - Inscribe in tabula hanc sententiam latine vertendam « I tauri colpiscono colle corna ».

R - « Tauri feriunt cum cornis ».

(Discipuli in cachinnos effunduntur).

P - Ecco che per la seconda volta hai gravemente sbagliato, perchè c'è un composto di « eo » che si usa come passivo di « perdo ».

D - Me ne sono già ricordato! Mi pareva strano di non ricordarmelo, perchè ieri ho speso quasi tutto il giorno a studiare questa parte della grammatica.

P - Suvvia, dillo!

D - « Res familiaris perit ».

P - Bene! Ma vorrei che tu riflettessi più attentamente a ciò che vi assegno giorno per giorno, per poter rispondere con più prontezza.

IV

Sul caso ablativo

P - Venga alla cattedra Antonio Rossi!

R - Eccomi!

P - Quali sono le regole che si riferiscono al caso ablativo? Quando si usa? Quali idee esprime?

R - Il caso ablativo esprime: « tempo » « modo » « strumento » « prezzo » (*stima determinata*) « origine » « differenza » « allontanamento » « stato in luogo » « moto da luogo » « compagnia » etc.

P - Scrivi sulla lavagna questa proposizione da voltarsi in latino: « I tori colpiscono colle corna ».

R - « Tauri feriunt cum cornis » (*i compagni ridono sgangheratamente*).

M - Quid, pessimi, tam incomposite ridetis? Num videmini satis latine scire? Ut concedam condiscipulum vestrum turpius errare non potuisse, tamen et inter vos non desunt bipedes aselli! (*Ad Antonium conversus os rubore perfusum*).

Quid dubitas emendare? Nondum animadvertisti quam turpiter erraveris? Quam notionem haec locutio « colle corna » habet? Num modi aut societatis, quae notiones ablativum casum, praepositione « cum » praefixa, expostulant?

R - Videtur.

M - Nonne te pudet? Instrumenti notio continetur, quae latine vertitur per simplicem ablativum.

R - Expungit (*sed condiscipuli submissee ridere non desinunt*).

M - Satisne grammaticae praecepta observasti?

R - Mihi videor.

M - Ad locum tuum recede, stultissime aselle! Pergat emendare Titus!

T - In declinando substantivo condiscipulus meus erravit; nam « cornu-us » ad quartam declinationem pertinet, ideo, « cornibus » non « cornis » scribendum erat.

M - Bene emendasti! Sed velim mihi nunc dicas quomodo construatur « opus est ».

T - Is cui quid opus est « per dativum casum » exprimitur, res necessaria « per ablativum », denique id cuius causa aliquid est opus « per accusativum » cum praepositione « ad ».

M - Satis recte! Sed si id quod opus est « per nominativum » exprimam in erroremne delabar?

P - Perchè ridete tanto sconciamente, o birichini? Vi sembra forse di saperne abbastanza di latino? Voglio ammettere che il vostro compagno non poteva errare in modo più vergognoso, ma anche tra voi non mancano asini a due gambe: (*rivolgendosi ad Antonio col volto di vergogna perfuso*). Che cosa esiti a correggere? Non ti sei ancora accorto quanto vergognosamente hai sbagliato? Che cosa esprimono le parole « colle corna »? Forse il concetto di « modo » o « compagnia » che richiedono l'ablativo colla preposizione « cum »?

R - Mi pare.

P - Non ti vergogni! Esprime invece il concetto di strumento che in latino si traduce coll'ablativo semplice.

R - (*Cancela, ma i compagni non smettono di ridere sotto sotto*).

P - Hai rispettato le regole grammaticali?

R - Mi pare.

P - Torna al tuo posto, stupidissimo asinello! Continui a correggere Tito!

T - Nel declinare il sostantivo, il mio compagno ha sbagliato perchè « cornu-us » appartiene alla quarta declinazione, perciò « cornibus » non « cornis » bisognava scrivere.

P - Hai corretto bene, ma vorrei che tu ora mi dicessi in che modo si costruisce « opus est ».

T - Colui al quale qualche cosa fa bisogno si mette « in dativo »; la cosa di cui uno ha bisogno « in ablativo », il fine per cui qualche cosa fa bisogno « in accusativo » colla preposizione « ad ».

P - Benissimo! Ma se la cosa che abbisogna l'esprimessi col nominativo, cadrei forse in errore?

T - Minime vero! Nam etiam hanc constructionem apud auctores latinos probatissimos usurpatam invenimus, praesertim cum «per pronomen» vel «adiectivum neutrum » id quod opus est significatur.

M - Assidas! Septem puncta meruisti. Pergam vobis aliquid de ablativi casus usu dicere.

Quo pervenimus in explicanda syntaxi?

T - Ad centesiman duodeciman paginam epitomes ab Ioanne Zenoni conscriptae in qua de verbis quae cum ablativo coniunguntur agitur.

M - Agamus igitur de verbis quae regunt ablativum! Ea sunt: In primis - «utor» - «fungor» - «vescor» - «potior» - «fruor» - ex quibus genitivum casum exigit «potior» quotiescumque cum «rerum» coniungitur, ad significandum «impadronirsi del potere». Qua tamen in locutione exceptio tantum in specie, non in re est, propterea quod subintellegi debet «summa».

Deinde postulat ablativum casum cum praepositione «ab» «caveo», si «guardarsi da uno» significat, quae notio recte latine reddi potest etiam per accusativum. Sed cavete ne obliviscamini «cavere alicui» idem esse quod «consulere vel providere alicui». Cum ablativo etiam «libero» construitur, adiecta praepositione «a», «ab» si de «animantibus» est sermo; si de «rebus», cum, vel sine praepositione. Carole Landi, auresne mihi attentas praebuisti? An animo vagabaris?

L - Ex ore tuo pendebam, magister!

M - Videamus: profer exemplum quo comprobetur quod affirmas.

L - Badoglio Imperator Aethiopiam servitute liberavit.

T - No davvero! Infatti anche questa costruzione si trova usata presso stimati autori latini, specialmente quando per mezzo di un pronome o di un aggettivo neutro è indicata la cosa che è necessaria.

P - Siedi! Ti dò sette. Continuerò a dirvi qualche cosa sull'uso dell'ablativo. Dove siamo arrivati nella spiegazione della sintassi?

T - A pagina centododici del manuale dello « Zennoni », dove si tratta dei verbi che reggono l'ablativo.

P - Parliamo dunque dei verbi che reggono l'ablativo! Sono prima di tutto: « utor » « fungor » « vescor » « potior » « fruor »; tra questi « potior » vuole il genitivo tutte le volte che è unito a « rerum », col significato di « impadronirsi del potere ». Ma in questo caso l'eccezione è soltanto apparente, non reale, perchè bisogna sottintendere « summa ». Richiede poi il caso ablativo colla preposizione « ab » il verbo « caveo » nel significato di « guardarsi da uno », il quale concetto si può anche rendere il latino per mezzo dell'« accusativo ». Ma state bene attenti di non dimenticare che « cavere alicui » ha lo stesso significato di « consulere » o « providere alicui »; cioè provvedere a qualcuno. Si unisce anche all'ablativo il verbo « liberare », colla preposizione « a » o « ab » se si tratta di esseri animati, senza preposizione se si tratta di cose. Landi, sei stato attento oppure eri distratto?

L - Pendevo dalle sue labbra, professore!

P - Guardiamo un po'; fammi un esempio da cui risulti vero quello che tu dici.

L - Il Generale Badoglio ha liberato l'Etiopia dalla schiavitù ».

M - Te intellexisse gaudeo! Sed iam sonat tintinnabulum. Quinque puncta temporis vos quiescere concedo. At memineritis laxare animum atque remittere ab labore, non idem esse atque tumultum facere; loqui inter vos submisse tantum licet; non clamores edere elatius.

V.

Historiæ expositio

Nunc de historia schola habenda est. Id de quo hodie dicturus sum, maximi momenti est, idemque gravissimum quippe quod, ut recentissimum, in nostris animis adhuc altissime inhaereat. Expeditionem Aethiopicam dico, qua, auctore et duce Benito Mussolini, Italica gens ad imperii fastigia iterum ascendit.

Quae huius belli causae fuerint, quo consilio quaque virtute res sint gestae, paucis exponam.

Cum Aethiopes iam diu ab aliis subornati atque sollicitati nos proelio lacerarent, incursiones crebras in nostros fines facientes, Dux, supremus reipublicae nostrae moderator, iussit in Somaliam et in Erythraeam maximas copias comportari atque contrahi, nec non ingentem vim instrumentorum machinarumque ad bellum pertinentium. Curavit etiam complures fabros et operarios eo deducendos, qui vias munirent quibus milites progredi possent per impervias illas atque praeruptas regiones.

Primum praefuerunt comparandis rebus in Erythraea Aemilius De Bono, Quadrumvir Romanae expeditionis, in Somalia, Rudolphus Gratiani vir in primis peritus in coloniis deducendis atque muniendis, qui iam quantum et virtute et consilio valeret, satis ampla documenta praebuerat in componendis rebus Libicis.

P - Son contento che tu abbia capito. Ecco che suona la campanella! Vi concedo cinque minuti di riposo; ma ricordatevi che stare un po' in ozio non significa far baccano; vi permetto soltanto di parlare a bassa voce tra di voi, non di strillare.

V

Lezione di storia

P - Ora tocca lezione di storia. L'argomento, di cui oggi mi accingo a parlare, è di somma importanza e gravità, perchè recentissimo e ancor profondamente infisso nei nostri animi. Intendo parlare della spedizione Etiopica, colla quale, per iniziativa e sotto la guida di Benito Mussolini, l'italica gente di nuovo ha conseguito l'Impero. Vi esporrò in breve le cause della guerra, e come si svolsero le operazioni. Siccome gli Etiopi, sobillati da altri ci provocavano da parecchio tempo, facendo frequenti scorrerie nel nostro territorio, il Duce, Capo Supremo del Governo, comandò che in Somalia si trasportassero e si raccogliessero gran quantità di armati, non che enorme copia di mezzi e macchine da guerra. Fece inoltre trasportare numerosi operai e artigiani per costruire strade, per mezzo delle quali i nostri soldati potessero avanzare per quelle regioni impervie e impraticabili.

Prima di tutto furono a capo della preparazione, in Eritrea, Emilio de Bono, Quadrumviro della Marcia su Roma; in Somalia, Rodolfo Graziani, uomo espertissimo nel condurre colonie e sistemarle, che già aveva dimostrato il suo valore e il suo senno, con prove magnifiche, nel pacificare la Libia.

Res prae se ferebat magnas difficultates, cum et per barbara loca iter esset faciendum et cum populis manus conserendae, quibus haud ignotae belli artes et arma ad recentissimam artis militaris rationem constructa; tormenta bellica, rorariae ballistae et aligerae coeli naves.

Bellum initum est postridie Kalendas Octobres anno millesimo nongentesimo trigesimo quinto, quo die Dux, per radiophonicam stationem, universam Italianam omnesque terrarum orbis gentes allocutus est.

Sed pauca supra repetenda sunt; nam silentio praetermittere non possum praeter causas remotiores, quas supra memoravimus, aliam recentiore fuisse causam, quae quasi momentum quoddam ineundi Aethiopici belli habenda est.

Accidit enim ut, cum Abissini, ementiti locum, qui *Ual-Ual* aethiopice dicitur, sui iuris esse, armis et vi occupare eum conarentur, praesidia nostra vim vi repellere cogerentur.

Quae res ab Aethiopum imperatore ad Societatis Nationum consilium delegata est, quod Genavam primum congregatum, postea Lutetiam Parisiorum controversiam dirimere non potuit.

Nunc summatim vobis exponam quomodo res gestae sint, quae clarissimae pugnae quaeque summae victoriae atque expeditae.

Transgressae *Mareb* rivum, nullo fere obsistente, nostrae copiae, *Adua - Axum - Macallè* oppidis occupatis, signa Italiae defixerunt in terris illis, Italico sanguine iterum perfusis. His victoriis percussae Europae nationes inani spe fretae se posse Italorum impetum frangere vel saltem remorari a. - d. - XI Kalendas Decembres anno MCMXXXV concilio nationum Genavam convo-

L'impresa presentava grandi difficoltà, poichè bisognava passare attraverso a luoghi selvaggi e battaglia con popoli ai quali non erano ignote le arti della guerra, e che possedevano armi costruite secondo i dettami della tecnica militare moderna, artiglierie, mitragliatrici, aeroplani.

La guerra cominciò il 2 Ottobre 1935, nel qual giorno il Duce per radio parlò a tutta l'Italia e a tutto il mondo.

Ma bisogna rifarsi un po' addietro; perchè non posso passare sotto silenzio che, oltre alle cause più remote che sopra ho ricordato, un'altra più vicina ce ne fu, che si può considerare come la causa occasionale della guerra etiopica.

Ed invero accadde che gli Abissini, col pretesto che la località, che in lingua abissina si chiama « Ual-Ual », appartenesse a loro, cercarono di occuparla con le armi, onde i nostri presidii furono costretti a respingere la forza con la forza. La qual cosa dall'imperatore abissino fu delegata al Consiglio delle Nazioni, che, raccolto prima a Ginevra e poi a Parigi, non potè dirimere la controversia. Ora in breve vi esporrò in qual modo si siano svolte le operazioni, quali furono le più celebri battaglie, quali le vittorie decisive.

Passato il torrente *Mareb*, senza quasi trovar resistenza, le nostre truppe, occupate « *Adua* », « *Axum* » « *Macallè* », piantarono le insegne d'Italia in quelle terre di nuovo bagnate di sangue italiano.

Le nazioni d'Europa, percosse da tali vittorie, vanamente immaginando di potere infrangere la volontà degli Italiani o ritardarla, il 21 Novembre, convocato a Ginevra il Concilio delle Nazioni, interdissero all'Italia i commerci e le relazioni con gli altri popoli, ciò che co-

cato, interdixerunt Italiae commeatibus et commerciis, quod vulgo «assedio economico» dicitur. Aemilio De Bono surrogatus est summus militiae magister Petrus Badoglio, qui prudenti ac sagaci consilio copiam sui hostibus fecit apud locum nuncupatum «*Amba Aradam*». Ballistis ignivomis omnis generis atque moduli explanato itinere milites nostri per ordines hostium irruperunt, qui acriter sed frustra conati impetum et vim nostrarum legionum sustinere, turpiter in fugam coniecti, loco cessere.

Praeterea, ne se colligere ad redintegrandam pugnam possent, aligerae coeli naves, sublime volantes, eos obruerunt igniferis globis glandibusque ex rorariis ballistis emissis. Quam pugnam secuta sunt duo illa proelia in regionibus quas «*Tembien*» et «*Scirè*» nuncupant, commissa.

Paulo post, pulso ac profligato imperatore ipso, qui apud lacum «*Ascianghi*» copiam sui fecerat, si posset imperii caput servare, romanae legiones ingressae sunt in «*Addis Abeba*» urbem a. d. III Nonas Maias.

Pari animo atque virtute, iisdem fere diebus in Somalia, ductu atque auspicio Rudolphi Gratiani, munitissima castra, quae hostes apud «*Sassabanech*» metati erant, expugnata sunt.

Nequis vestrum unquam oblivioni tradat quam multa tota gens italica pro patria pertulerit; mulieres ipsae ne aurum deficeret, nuptiales anulos in publicum contulerunt; universique cives omnis ordinis atque conditionis sponte, nullo senatus consulto facto, ad magistratus omne aurum et argentum, quasi inito certamine adiuvandae rei publicae, detulerunt.

munemente si dice «assedio economico». Fu sostituito ad Emilio De Bono, come supremo capo delle operazioni, Pietro Badoglio, il quale, con accorto e sagace piano, dette battaglia ai nemici nella località detta « *Amba-Aradam* ».

Aperta la via con artiglierie di ogni calibro, i nostri soldati fecero impeto contro le file dei nemici, i quali, dopo aver accanitamente, ma inutilmente, tentato di sostenere l'impeto dei nostri, cacciati vergognosamente in fuga, abbandonarono la posizione. E perchè non potessero riunirsi e riprendere la lotta, gli aeroplani, volando al di sopra, li coprirono di spezzoni e di pallottole di mitragliatrice.

Seguirono a questa battaglia gli altri due combattimenti del « *Tembien* » e dello « *Scirè* ». Poco dopo, sconfitto e respinto l'imperatore che aveva dato battaglia al lago « *Ascianghi* », per vedere se poteva salvare la capitale dell'Impero, il dì 5 di Maggio le nostre truppe entrarono in *Addis Abeba*. Con eguale spirito e valore, quasi negli stessi giorni, in Somalia, sotto la guida e gli auspici di Adolfo Graziani, fu occupata la posizione fortificata di « *Sassabanech* ».

Non vi dimenticate quanti sacrifici tutto il popolo italiano abbia sostenuto! Anche le donne, perchè l'oro non mancasse, dettero allo Stato gli anelli nuziali, e tutti quanti i cittadini di ogni ordine e di ogni condizione, spontaneamente, senza nessuna decisione del Senato, consegnarono alle Autorità tutto l'oro e l'argento come se facessero a gara per aiutar lo Stato.

QUAESTIONES

- 1.) *Quae Aethiopici belli causae fuerunt?*
- 2.) *Quis auctor fuit gerendi belli?*
- 3.) *Quis primus praefuit rebus gerendis in Erythraea? Quis in Somalia? Qui belli apparatus?*
- 4.) *Quae potissimum pericula obeunda erant? Quibus in rebus difficultates maximae?*
- 5.) *Quo die initum est bellum?*
- 6.) *Quae fuit causa maxima et quasi momentum ineundi belli?*
7. *Quem arbitrum controversiae dirimendae Aethiopum rex delegit?*
- 8.) *Quae oppida primum vi atque armis expugnata sunt?*
- 9.) *Quomodo animo adversus nos Europae nationes affectae sunt? Quid contra nos sanxerunt?*
- 10.) *Quis successit Aemilio De Bono?*
- 11.) *Quo in loco acie primum decertatum est? Quae pugnae secutae sunt?*
- 12.) *Ubi imperator Aethiopum extrema conatus est?*
- 13.) *Quomodo res gestae sunt in Somalia?*
- 14.) *Quo animo Itali incommoda belli sustinuerunt? Quibus opibus angustiis publicae pecuniae subvenerunt?*

DOMANDE

- 1) *Quali furono le cause della guerra Etiopica?*
- 2) *Chi fu l'animatore della guerra?*
- 3) *Chi per primo fu a capo delle operazioni in Eritrea? Chi in Somalia? Quali i preparativi?*
- 4) *Quali pericoli specialmente si dovevano affrontare e in che consistevano le massime difficoltà?*
- 5) *In qual giorno fu principiata la guerra?*
- 6) *Quale fu la principale ragione e, per così dire, la spinta ad incominciare la guerra?*
- 7.) *Chi scelse il Negus come arbitro per dirimere la controversia?*
- 8) *Quali città primamente furono espugnate?*
- 9) *Quale fu l'atteggiamento dei popoli d'Europa nei nostri riguardi? Che cosa deliberarono contro di noi?*
- 10) *Chi successe ad Emilio De Bono?*
- 11) *In che luogo si venne a battaglia decisiva? Quali battaglie si combatterono dopo?*
- 12) *Dove l'Imperatore Etiopico fece l'ultimo tentativo?*
- 13) *Come si svolsero le operazioni in Somalia?*
- 14) *Con che animo gl'Italiani sostennero i sacrifici della guerra? Come aiutarono le difficoltà del pubblico erario?*

VI

Consecutio temporum

M - Accedat ad tabulam nigram Guido Milani!

G - Adsum!

M - Agedum! Hanc sententiam scribe « Essendo a Siena visiterò i monumenti più insigni ». Eia! quid agis? Cur respicis? Quid quaeris?

G - Quaerebam cretas, quas nusquam video et cimosam ut detergerem quae in tabula descripta sunt. Proxima hora de mathematicis schola habita est atque obliti sunt tabulam detergere.

M - Ne tempus fabulis contriveris, quae nihil attinent. Abi! Propera! Adi ludi ministrum eumque iube huc quam primum nonnullas cretas affere, simul cum cimosam. Ne quis susurret! Quid? Cur e loco excedis, male morate?

D - Magister, quaeso, sine me propius ad tabulam accedere! luscitiosus sum! Procul ab ea etiam conspicii auxilio nihil video.

M - Poteras licentiam a me petere. — Num flocci facis?

D - Da mihi, quaeso, veniam!

M - Eia, age! Inscribe quae dictavi, et in sermonem latinum converte!

G - « Cum essem Senis »....

M - Ne verbum addideris, satis est, turpius errare non poteras!

VI

Dipendenza dei tempi

P - Venga alla lavagna Guido Milani!

G - Eccomi!

P - Suvvia! Scrivi questa proposizione « Essendo a Siena, visiterò i monumenti più insigni ». Ehi! che fai? Perchè ti volti indietro? Che cerchi?

G - Cercavo il gesso che non mi riesce di vedere e la cimosà per cancellare ciò che c'è scritto sulla lavagna. Nell'ora precedente c'è stata lezione di matematica e si sono dimenticati di lasciare la lavagna pulita.

P - Non sciupare il tempo in chiacchiere fuor di luogo! Va'! Spicciati! cerca il bidello e digli di portare al più presto un po' di gesso e una cimosà! Che c'è da borbottare? Che è questo? Perchè esci dal tuo posto, maleducato?

Dario - La prego, professore, mi lasci venir più vicino alla lavagna. Sono miope e da lontano non ci vedo neppure cogli occhiali.

P - Avresti potuto chiedere il permesso! Non fai nessun conto di me?

D - Mi perdoni!

P - Suvvia! Scrivi quello che ti ho dettato e traducilo in latino.

G - « Cum essem Senis... ».

P - Non aggiungere un parola di più. Basta! Non potevi sbagliare più vergognosamente.

G - Semper audivi magistros cum admonerent gerundium latine esse vertendum, per « cum » et « imperfectum » aut « plus quam perfectum coniunctivi modi » prout ageretur de tempore presenti aut de tempore praeterito.

M - Id ipsum in animo habeo recte explicare. — Ne amplius in errore versemini, tu scamnum tuum repete et una cum condiscipulis attende!

Nam quam sum explicaturus, ea grammaticae pars est maximi momenti quae vulgo dicitur « Consecutio temporum ». Cum uni verbo alterum subicitur verbum modi coniunctivi, huius tempus ex tempore verbi regentis pendet, ita ut si hoc verbum tempore praesenti aut futuro etiam exacto efferatur, verbum subiectum aut praesenti aut perfecto coniunctivi prout sensus postulet exprimendum sit.

Cum autem coniunctivus sequitur post praesens vel futurum infinitivi, videndum est quale sit tempus verbi finiti a quo infinitivus modus dependet et iuxta illud procedendum.

Cum verbum regentis propositionis tempore praeterito effertur, verbum subiectum per imperfectum aut plus quam perfectum coniunctivi, ratione sensus habita, latine reddendum est. Postremo si de futuro agitur coniugatio periphrastica, quae dicitur in «urus» usurpanda est, adiecto congruente tempore verbi « sum ». Attamen si notio futuri indicatur sive per comitans adverbium, sive per verbum antecedens sive alio quovis modo, satis erit adhibere pro coniugatione periphrastica id coniunctivi tempus quod, dempta notione futuri, usurpandum esset.

Proferam exempla:

In hac quam scripsimus sententia verbum propo-

G - Ho sempre sentito i professori dire che in latino il gerundio si deve tradurre con « cum » e l'imperfetto o più che perfetto del congiuntivo, secondo che si trattasse di tempo presente o passato.

P - Proprio questo intendo di spiegare, perchè non rimaniate in questo errore. Torna al posto e fai attenzione insieme agli altri!

Infatti, quella che sto per spiegarvi è una delle parti più importanti della sintassi, quella che si dice comunemente « Consecutio temporum ». Quando da un verbo ne dipende un altro di modo congiuntivo, il tempo di questo dipende dal tempo del verbo reggente, di modo che, se questo è espresso col presente o col futuro, anche anteriore, il verbo dipendente bisogna renderlo o col presente del congiuntivo o col perfetto. Quando poi il congiuntivo dipende da un presente o da un futuro di un infinito, bisogna vedere quale è il tempo del modo finito da cui dipende l'infinito e, in base a quello, regolarci. Quando il verbo della proposizione principale è espresso con un tempo passato, il verbo dipendente deve rendersi in latino col l'imperfetto o piuccheperfetto del congiuntivo, secondo il senso. Infine, se si tratta di un futuro, bisogna fare uso della cosiddetta coniugazione perifrastica in «urus» aggiungendovi il tempo richiesto del verbo essere. Tuttavia se l'idea del futuro è espressa sia per mezzo di un avverbio che accompagni il verbo, sia per mezzo del verbo precedente, sia in qualsiasi altro modo, basterà, usare, invece della coniugazione perifrastica, quel tempo del congiuntivo che, senza l'idea del futuro, sarebbe da adoprarsi. Farò degli esempi. In questo periodo che

sitionis regentis est «visiterò». Cum igitur de futuro agatur, necesse est in vertendo «essendo» praesens coniunctivi adhibeatur: «cum Senis sim visam maxime insignia monumenta». Si scripsissem «visitai» «cum essem» dicendum erat.

Pergam alia exempla proferre:

Sit haec sententia latine vertenda «Non so quando verrà mio padre». Primum omnium considerandum est quae sit natura subordinatae propositionis. Dicat Aemilius, qui mihi videtur parum attentus esse.

Ae - Propositio temporis notionem habet, ideoque per «cum» et indicativum latine reddenda.

M - Nihil miror stultitiam tuam; in dies minus minusque latine scis; evenit tibi idem quod in ovis fieri solet, cum in aqua fervida ea duranda curamus: quo diutius in aqua permanent eo duriora fiunt.

Te decet aliam tibi artem comparare. Num te tantum delectat iterare classem? Dicat Paulus!

P - De dubitativa hic agitur cum ex verbo «non so» dependeat, ergo «verrà» coniunctivum modum postulat.

M - Quod tempus adhibeas?

P - Coniugationem periphrasticam activam cum «sis».

M - Satis recte! Totam sententiam converte!

P - «Nescio quando pater meus sit venturus».

M - Mihi videris optime intellexisse. Numquid cui parum liquet! Nemini? Bene! De hoc argumento alia nonnulla proxima lectione adiciam. Nihil amplius vos moror. Exite silentio; videte ne debacchemini in ambulacris!

abbiamo scritto, il verbo della proposizione principale è « visiterò ». Trattandosi dunque di un futuro, bisogna nel tradurre « essendo » usare il presente congiuntivo: « Cum sim Senis visam maxime insignia monumenta ». Se avessi scritto « visitai », « cum essem » si sarebbe dovuto dire. Continuerò a fare altri esempi. Sia da tradursi in latino questo periodo: « Non so quando verrà mio padre ». Prima di tutto osserviamo di che specie sia la proposizione subordinata. Lo dica Emilio, che già da un pezzo mi sembra faccia poca attenzione!

E - Proposizione temporale e perciò da tradursi con « cum » e l'indicativo.

P - Non mi meraviglio della tua stoltezza; di giorno in giorno ne sai meno di latino. Ti accade lo stesso che avviene alle ova quando si fanno assodare nell'acqua bollente; quanto più ci stanno, tanto più dure diventano. Ti converrà cambiar mestiere. Che gusto ci provi a ripetere la classe? Dica Paolo!

P - In questo caso si tratta di una dubitativa, dato che dipende dal verbo « non so » e perciò « verrà » domanda il modo congiuntivo.

P - Quale tempo useresti?

P - La coniugazione perifrastica attiva con « sit ».

P - Va bene! Traduci tutto il periodo!

P - « Nescio quando pater meus sit venturus ».

P - Mi sembra che tu abbia capito benissimo. C'è qualche cosa che non sia chiara? Nessuna? Bene! Su questo argomento aggiungerò qualche altra cosa nella prossima lezione. Vi lascio in libertà. Uscite in silenzio e state attenti a non far chiasso nei corridoi!

VII

De latinis litteris schola

M - Tandem aliquando, adulescentes humanissimi, studiorum curriculum repetendum est, animique diuturna iam quiete recreati atque refecti, ad illas honestas exercitationes, quibus ad sapientiam et ad dicendi copiam excoluntur denuo conferendi.

Itaque vobis videndum est ne ullam occasionem discendi amittatis, ne optimam et ad studia aptissimam aetatis partem, in qua nunc estis, frustra consumatis neve existimetis posse magnam doctrinae copiam sine magno labore comparari. Quae cum soleant praecipui discipulis quotiescumque novum studiorum curriculum ingrediendum est, tum maxime vobis praecipienda censeo, qui, transgressi in superiorem ordinem scholarum, maiora officia obituri estis.

Ex indice quo singulae lectiones per horas digestae sunt, in hodiernum diem cadit de litteris latinis schola. Me dicentem igitur quam diligentissime attendite!

De vetustioribus latinae linguae monumentis dicere aggredior. Nihil est quod miremur si tantum quingentis fere annis post urbem conditam aliquod ingenuarum artium lumen Romae apparuit, cum omnium gentium ea sit natura et consuetudo, ut primum sese studeant armis confirmare, postea, externis periculis depulsis, metuque hostibus iniecto, ad curam domesticarum rerum revocentur, civitatem quam optime constituent, iura atque officia describant, reipublicae denique utilitatem cum civium commodis et rationibus coniungant.

VII

Lezione di letteratura latina

P - Finalmente, o cari giovani, bisogna riprendere il corso di studi interrotto e rivolgere di nuovo l'animo, riposato e ristorato dal lungo riposo a quelle nobili esercitazioni, per mezzo delle quali si coltivano gli animi ad acquistar sapere e a bene esprimerlo; bisogna dunque che stiate attenti a non perdere occasione alcuna d'imparare, perchè non vi avvenga di consumare inutilmente la parte migliore della vostra vita e più adatta agli studi, credendo che si possa acquistare grande sapere senza grande fatica. Questi ammonimenti che si sogliono dare ai discepoli al principio dell'anno scolastico, specialmente ritengo che debbano essere rivolti a voi, i quali, passati ad un corso superiore, vi accingete ad affrontare più alti doveri. Secondo il diario scolastico, oggi tocca letteratura latina. State dunque attenti alle mie parole; parlerò delle più antiche manifestazioni della cultura romana.

Non c'è da meravigliarsi se soltanto 500 anni dopo la fondazione di Roma, apparve in Roma qualche traccia di arti liberali, giacchè tutti i popoli son soliti, per natura, di cercare prima di rafforzarsi colle armi, e poi, quando hanno allontanato i pericoli esterni e infuso timore ai nemici, si volgono alla cura delle cose civili; si danno la forma migliore di governo, definiscono i doveri civili, e, infine, cercano di unire il benessere dello Stato con gl'interessi particolari dei cittadini. Pertanto il popolo romano dopo

Itaque Romanorum populus, postquam incolumitati suae satis consuluit, tum demum ad studia ingenuarum artium se convertit, quas quidem ex eo populo ascivit apud quem maxime viguerant atque floruerant.

Praeterea, cum populorum initiis idem contingere animadvertamus, quod puerorum primis aetatulis, ut primum soleant lyrica et heroica carmina fundere ad animorum permotiones effingendas atque exprimendas, reliqua autem litterarum genera in quibus aut doctrina maior inest aut prudentia, seris et confirmatis iam aetatibus proveniant, id in eruditione ac doctrina Romanorum proprium et praecipuum fuit, ut earum initium ex dramaticis poematis sit profectum; nam ante quam Livius Andronicus fabulas docuit, nulla fuerunt Romae monumenta litterarum proprie vereque hoc nomine appellanda. Quod cum dico, nolim in eum errorem delabamini ut arbitremini ante Andronicum Romanos omnino litteris caruisse, nam monumenta exstant e quibus conici licet eos iam antequam Graecorum humanitatem attingere coeperunt sibi viam ad poemata epica et melica et scenica, nec non ad opera soluta oratione conscribenda munivisse. Etenim eo temporis spatio quod ab Urbe condita ad annum 240 ante C. N. interfluit, cultus deorum et caerimoniarum magnificentia in urbe et iucunditate dierum festorum in agris cantibus atque spectaculis vitam urbanam rusticamque Romanorum ornaverant, qui iam certa ordinataque genera melicorum carminum ad deos pertinentium habebant nec non priscum fabulae scenicae exemplum. Ex funerum vero pompis atque epularum lautitiis carmina fluxerant vel ad deplorandum vel ad commemorandum vel ad collaudandum composita, ex quo conficitur ea iam aetate Ro-

che ebbe provveduto alla sua sicurezza, allora soltanto si volse agli studi liberali e questi attinse da quel popolo, presso il quale avevano maggiormente fiorito. Inoltre, mentre ai primordi dei popoli suole avvenire lo stesso che nelle prime età dei fanciulli, che cioè prima si danno di solito a scrivere carmi lirici ed eroici per esprimere i sentimenti dell'animo; e gli altri generi letterari, nei quali v'è o dottrina o riflessione maggiore, vengono alla luce solo in tempi tardi e maturi; fu invece singolare e particolare nello sviluppo della cultura romana, che incominciò dalla poesia drammatica. Infatti, prima che Livio Andronico rappresentasse le sue tragedie, nessun documento di letteratura apparve in Roma che fosse veramente degno di questo nome. Ma quando dico ciò, non vorrei che cadeste nell'errore di credere che prima di Livio Andronico i romani non avessero affatto letteratura. Infatti rimangono documenti, dai quali si può congetturare che essi, ancora prima di aver rapporti colla civiltà greca, si erano aperti la strada a comporre carmi epici lirici e drammatici e a scrivere in prosa. Infatti in quel periodo che va dalle origini di Roma al 240, la religione colla magnificenza delle cerimonie nella città e colla giocondità dei giorni festivi nelle campagne, aveva ornato di canti e di spettacoli la vita urbana e rustica dei romani, i quali avevano già precisi e stabiliti generi di poesia lirica religiosa e un primitivo esempio di poesia drammatica. Dalle cerimonie funebri e dalle feste conviviali erano sgorgati canti composti o per piangere o per ricordare o per lodare, dal che si desume, che già fin da quel tempo l'ingegno dei romani era abbastanza maturo ed adatto a raggiun-

manorum ingenia satis firma aptaque fuisse ad litteras vel praeclaras natura et facultate consequendas.

Quaenam igitur vetustissima litterarum latinarum monumenta? Licet de his duas in partes digestis quarum altera monumenta numeris adstricta, altera autem soluta oratione exarata contineantur, brevi ac summatim dicere.

1.) Ad poëticam artem pertinent:

a) « Carmen fratrum Arvalium » quod sane, ad linguam quod attinet, adeo distat a reliquis vetustioris aetatis monumentis ut hactenus vel praestantissimi philologi, vix probabilem inde sensum hauserint. Hoc carmen a sacerdotibus canebatur, quorum erat officium sacris deae Diae praeesse. Itaque Mense Maio per tres certos et constitutos dies solemni more agros iustrabant adhibitis precibus ut frugum copia populo romano suppeteret.

b) « Carmina Saliaria » quae Mense Martio a sacerdotibus Martis (*ita a saliendo dictis*) canebantur cum sollemni pompa per urbis vias ancilia prae se ferentes incedebant. Hi cantus quos passim veteres scriptores commemorant temporis iniuria interciderunt, si brevissima tantum fragmenta excipias et singularia quaedam vocabula quae apud grammaticos occurrunt.

c) « Carmina convivalia » quae ad epicum genus pertinuisse satis constat, quippe quibus maiorum laudes praedicarentur.

d) « Neniae » quae in funeribus vel ab ipsis mortui propinquis vel a mulierculis mercede conductis ad clarorum virorum virtutes concelebrandas recitabantur.

gere, per le naturali facoltà, una forma di letteratura anche eccellente. Quali sono dunque i più antichi documenti di letteratura latina? Si può di questi, dopo averli divisi in due parti, in una delle quali si comprendano le opere scritte in versi, nell'altra quelle in prosa, dire in breve e per sommi capi.

1) Appartengono alla poesia:

a) « Il carme dei Fratelli Arvali » il quale, per quel che riguarda la lingua, tanto differisce dagli altri antichi documenti, che fino ad oggi anche i più acuti filologi non ne hanno ricavato che un senso appena verisimile. Questo carme veniva cantato dai sacerdoti che presiedevano al culto della dea Dia. Pertanto nel mese di Maggio, durante tre giorni stabiliti, solennemente percorrevano i campi innalzando preghiere perchè ai Romani sempre fosse abbondanza di raccolto.

b) « Carmi Saliari » che nel mese di Marzo erano cantati dai sacerdoti di Marte (*così detti da saltare*) quando in processione attraverso le vie della città incedevano portando davanti a sè gli scudi. Questi canti che qua e là ci vengono riferiti dagli antichi scrittori, per ingiuria del tempo sono andati perduti, eccettuati alcuni frammenti e certi vocaboli peculiari, che si trovano presso i grammatici.

c) « Carmi conviviali » che è chiaro appartenessero al genere epico, giacchè con essi si esaltavano le glorie degli antenati.

d) « Nenie » che durante i funerali venivano cantate o dagli stessi parenti del morto o da donnicciole prezzolate, per celebrare le virtù degli uomini illustri.

e) « Carmina triumphalia » quibus milites et tunicatus popellus duces triumphantes prosequerentur non sine salibus et iocis commixtis. Haec omnia carmina satis constat horrido illo saturnio versu fuisse conscripta, cuius formam Terentianus Maurus grammaticus nobis tradidit. Qui versus diu disceptatum est utrum modis fuerit astrictus an vulgare sermonum ritu, intentioni et remissioni vocis tantum paruerit. Equidem censeo propius ad verum accedere opinionem eorum qui eum artis metricae legibus obsequentem putant, ita ut ex duabus constet partibus, quarum una tetrapodia iambica catalectica in syllabam, altera tripodia trochaica sit. Hic finem disserendi faciam, quod lente procedendum est, et in singulis argumentis aliquantum immorandum, si id volumus, quod docemus, in animis fideliter sedere.

QUAESTIONES

1.) *Quo anno post conditam Urbem primum litterarum atque humanitatis lumen Romae apparuit?*

2.) *Quibus potissimum temporibus populi solent litteras excolere?*

3.) *Unde Romani humanitatem atque litteras sibi adsciverunt?*

4.) *Quo ordine solent apud populos litterarum genera gigni atque adolescere?*

5.) *Quem locum obtinet Livius Andronicus in litterarum latinarum historia?*

6.) *Antequam Romani imitati sunt Graecos nullaene fuerunt apud eos litterae?*

7.) *Exstantne monumenta litterarum Romanorum sua ac propria?*

e) « Carmi trionfali » coi quali i soldati e il popolo scamiciato accompagnava il trionfo dei generali non senza scherzi e frizzi. Tutti questi carmi, si sa che furono scritti in quel celebre verso saturnio del quale il grammatico Terenziano Mauro ci ha tramandato lo schema. Si è a lungo discusso se questo verso fosse legato alle leggi metriche o se, a guisa delle lingue volgari, obbedisse solo all'accento tonico. Io per me ritengo che si accosti più al vero l'opinione di chi crede che esso fosse legato alle leggi metriche, così da risultare di due parti, delle quali una è una tripodia giambica catalettica in syllabam, l'altra una tripodia trocaica. Qui termino la lezione, perchè bisogna procedere lentamente e fermarsi sui singoli argomenti se vogliamo ottenere che qualche cosa rimanga ben scolpito nella mente.

DOMANDE

- 1) *In che anno dalla fondazione di Roma apparvero i primi barlumi di letteratura?*
- 2) *In quali tempi specialmente i popoli sono soliti coltivare le lettere?*
- 3) *Donde i Romani attinsero la civiltà e le lettere?*
- 4) *In che ordine i generi letterari sorgono e crescono presso i popoli?*
- 5) *Qual posto occupa Livio Andronico nella storia della letteratura latina?*
- 6) *Prima che i Romani si dessero ad imitare i Greci non esistè affatto letteratura presso di loro?*
- 7) *Rimangono documenti di letteratura originale dei Romani?*

8.) *Quaenam igitur vetustissima litterarum latinorum monumenta?*

9.) *Dic mihi quae fuerint primordia poeticae artis apud Romanos quaeque reliquiae.*

10) *Quo versu vetustiora carmina conscripta sunt? Quae eius forma? De quo ambigitur?*

VIII.

De litteris italicis schola

M - Antequam legere atque enarrare incipiam Ludovici Ariosti poëma quod « Rolandus Furens » inscribitur pauca mihi cum de auctore, tum de opere ipso, praefanda arbitror. Hoc Ludovici Ariosti poema quod iure opus eius maximum habendum est anno millesimo quingentesimo quinto post Christum natum inchoatum in lucem datum est viginti septem tantum post annis.

Satis compertum habemus poetam secutum esse Matthaei Boiardi narrationem quae « Rolandus amore captus » inscribitur, sed tam multa de suo addidit, uti poëma omnino novum et suis ipsius virtutibus insigne videatur. Quod poëma ad epicum et equestre genus pertinens rebus fabulisque mirum in modum contextum, quadraginta sex libris octometris strophis conflatum est. Argumentum operis in tres partes dividi potest, quas in prooemio poeta ipse exponit, cum dicat id potissimum sibi proposuisse, ut bellum quod Christiani, Carolo Magno duce, contra Islamistas gessissent caneret, simulque Rolandi errores atque casus, qui Angelicae amore captus ad insaniam pervenisset, postremum Rogeri et Bradamantis nuptias ex quibus Atestini principes originem duxissent.

8) *Quali dunque sono i più antichi documenti di letteratura latina?*

9) *Dimmi quali siano le origini della poesia presso i Romani e quali i più antichi resti.*

10) *In qual verso furono scritti i più antichi carmi? Quale ne era lo schema? Che questione si fa?*

VIII.

Lezione di letteratura italiana

P - Prima di cominciare a leggere e a spiegare il poema dell'Ariosto che s'intitola « Orlando Furioso », ritengo di dover premettere qualche notizia riguardante l'autore e l'opera sua. Questo poema di Lodovico Ariosto, che giustamente è da ritenersi l'opera sua principale, incominciato nell'anno 1505 dopo Cristo, fu pubblicato soltanto 27 anni dopo. Sappiamo bene che il poeta seguì il racconto del Boiardo che s'intitola « Orlando Innamorato », ma tanto del suo v'aggiunse, che il poema appare del tutto nuovo e insigne per suoi pregi particolari. Il poema che appartiene all'epica, ma è pieno di racconti favolosi, è composto di 46 canti in ottave. L'argomento si può dividere in tre parti che il poeta stesso espone nel proemio, dicendo di essersi soprattutto proposto di narrare la guerra che i Cristiani condussero sotto la guida di Carlo Magno contro gli Arabi, e di narrare al tempo stesso le peripezie di Orlando che, preso da amore per Angelica, diviene pazzo e infine le nozze di Ruggero e Bradamante, dalle quali trassero origine i principi d'Este. Da questi che sono, per così dire, i filoni principali, derivano tutte le altre digres-

Ex his quasi quibusdam rivulis ceterae omnes digressiones profluunt quae tam multae sunt, tamque inter se conexae atque implicatae, vix ut persequi possis qui sit ordo rerum atque series.

Ex fabulae personis in primis Rinaldus eminet, vir strenuus in pugnis, in periculis constans, adversus insidias cautior an audentior dubium, qui, ut silentio cetera praeteream, Ginevram Anglorum regis filiam liberat, Ariodantique eius sponso restituit. In Cloridani et Medori digressu videtur Ariostus eum locum Vergilianum esse secutum, quo de Euryalo et Niso agitur; nam Cloridanus et Medorus per noctem, castris egressi, ut Dardinelli regis corpus recipiant, ab equitibus Christianorum deprehensi, diversa utuntur fortuna: Cloridanus enim vulneribus defessus post magna virtutis exempla edita, supremum diem obit, Medorus contra ab Angelica sublatus et reffectus, brevi convalescit atque pulcherrimam morosamque feminam uxorem ducit. Quae causa prima est insaniae Rolandi. At cum Christianorum copiae diutius carere non possent Rolandi opera et consilio, Astolphus Othonis filius Anglus genere, idem qui in myrtum ab Alcina conversus erat, ippogrifo vectus in lunam ascendit, ibique Sancti Ioannis ope adiutus, Rolandi consilium ampulla conditum recipit, quod, rursus in terras delapsus, olfacere heroa cogit. Neque apud Islamistarum exercitum viri strenui desunt, in quibus maximus est habendus Rodomons, vir ferus, gloriosus, deorum et hominum contemptor; nec non Marphisa Bradamantis aemula, quae ad veram religionem, exemplum Rogeri fratris secuta, se convertit. Quid de Alcina dicam callidissima saga, quae praeclarissimos equites ad se allicit, quid de Melissa in mise-

sioni, che sono tante e così strettamente intrecciate, che difficilmente si può seguire lo svolgimento dei fatti. Tra i personaggi del poema, spicca tra i primi Rinaldo, eroico nei combattimenti, costante nei pericoli, e non so se più cauto o audace contro le insidie; il quale, per tacere del resto, libera Ginevra figlia del re degli Inglesi e la restituisce al fidanzato Ariodante. Nell'episodio di Cloridano e Medoro, l'Ariosto sembra abbia avuto presente quel passo di Virgilio in cui si parla di Eurialo e Niso. Infatti Cloridano e Medoro di notte usciti dal campo, per recuperare il cadavere del re Dardinello, sorpresi dai cavalieri cristiani, incontrano diversa sorte; giacchè Cloridano, spossato dalle ferite, dopo aver dato sublimi prove di valore, muore; Medoro invece, raccolto da Angelica e rianimato, in breve guarisce e sposa la bellissima e riluttante fanciulla, il che è cagione prima della pazzia di Orlando. Ma non potendo le forze dei Cristiani più a lungo fare a meno dell'opera e del consiglio di Orlando, Astolfo, figlio di Ottone, di nazione inglese, quello stesso che era stato trasmutato in mirto da Alcina, a cavallo dell'ippogrifo sale nella luna e ivi, coll'aiuto di S. Giovanni, recupera il senno di Orlando chiuso in una ampolla e, di nuovo sceso in terra, costringe Orlando a fiutarlo. Anche nell'esercito dei Saracini non mancano gli eroi, tra i quali è da ritenersi principale Rodomonte, uomo feroce, vanitoso, dispregiatore degli dei e degli uomini; non che Marfisa, emula di Bradamante, la quale alla vera religione, seguendo l'esempio del fratello Ruggero, si converte. Che dire di Alcina, astutissima maga, che attira a sè i principali cavalieri? Che di Melissa pia e benevola verso gl'infelici? Che infine del mago Atlante ingannatore e maestro di frodi,

ros pia et benevola? Quid denique de Atlante mago fraudum magistro, qui omnia experitur atque molitur ne Rogerius ad veri Dei cultum se convertat? Quae omnes personae non commenticiae videntur, sed sua quaeque natura praeditae suoque ingenio. Hoc poëma ad genus equestre pertinens inter perfectissima opera adnumerandum est, nec facile alterum eiusdem generis reperias quod cum eo possit conferri.

QUAESTIONES

1) *Quo temporis spatio Ludovicus Ariostus poëma suum composuit?*

2) *Cuius vestigia ingressus est in poëmate condendo?*

3) *Quod ad genus litterarum pertinet? Quot libris constat?*

4) *Quod est poëmatis argumentum?*

5) *Quibus digressionibus maxime movemur?*

6) *Quem auctorem latinum in fabula enarranda de Cloridano et Medoro prosecutus est?*

7) *Quibus seu personis seu rebus maxime delectati estis?*

IX

De satira apud Romanos

M - Cum vos maneat publica maturitatis probatio, maxima huius curriculi studiorum pars impertienda est recolendis mente rebus quas praeteritis annis explicavimus ac peregimus. Me iuvat indagare quantum profeceritis quantumque doctrina valeatis.

Darius - Parum quidem, magister, meminisse vide-

che tutto tenta affinché Ruggero non si converta al Cristianesimo? Tutti questi personaggi non sembrano parti di una fantasia, ma forniti ciascuno di una sua propria natura e carattere. Questo poema cavalleresco, è da annoverarsi tra le opere più perfette, nè se ne può trovare un altro, appartenente allo stesso genere, che possa con esso paragonarsi.

DOMANDE

- 1) *In quanti anni l'Ariosto compose il poema?*
- 2) *Di chi seguì le orme?*
- 3) *A qual genere letterario appartiene il poema?*
Di quanti libri consta?
- 4) *Qual'è l'argomento?*
- 5) *Quali episodi soprattutto ci attraggono?*
- 6) *Quale autore latino seguì nell'episodio di Cloridano e Medoro?*
- 7) *Da quali personaggi o fatti vi siete sentiti maggiormente attratti?*

IX

La satira in Roma

P - Siccome v'attende l'esame di maturità, bisogna impiegare la maggior parte di quest'anno a ripassare la materia svolta negli anni scorsi. Mi piacerebbe indagare che profitto avete fatto e quale sia la vostra cultura.

Dario - Professore, ci sembra di ricordare poco, tan-

mur, adeo ut quo propius imminet periculum, eo magis viribus deficiamus.

M - Quid ais, nebulo? Num perdidisti his duobus annis in vobis erudiendis, oleum et operam? Confidere suis viribus necesse est! Ipse qui tibi desperas exsurge! et expone quae fuerit satirae origo quaeque eius incrementa.

D - Videtur, si recte memini, etymon nominis ex lance satura esse repetendum, cum soliti fuerint antiqui quas primitias agri tulissent, eas in lancem confertas diis offerre atque dicare.

M - Venitne tibi in mentem cuiusdam Livii loci quem primo Lycaei curriculo recitavimus atque enarravimus?

D - Mihi ex memoria plane excidit. Nihil mirum in re tam a nobis remota, tanto intervallo temporis interiecto.

M - Iterum legam « et hoc et insequentis anno pestilentia fuit (de anno 389 agitur) et cum vis morbi nec humanis consiliis nec divina ope levaretur, victis superstitione animis, ludi quoque scaenici, inter alia caelestis irae placamina instituti dicuntur. Sine carmine ullo, sine imitandorum carminum actu, ludiones ex Etruria acciti ad tibicinis modos saltantes haud indecoros motus more Tusco dabant. Imitari deinde eos iuventus, simul inconditis inter se iocularia fundentes versibus coepere, nec absoni a voce motus erant ». Ex hoc loco facile colligitur nihil aliud satiram, primo quidem ortu, fuisse, nisi merum pantomimum. Pergit Livius « Accepta itaque res saepiusque usurpando excitata. Vernaculis artificibus (quia

to che, quanto più l'esame si avvicina, tanto più ci sentiamo mancar le forze.

P - Che dici fannullone? Forse che nei due anni passati ho perduto ranno e sapone ad insegnare a voi? Bisogna aver fiducia nelle proprie forze! Tu precisamente, che sei tanto sfiduciato, alzati ed esponi quale sia stata l'origine della satira e i suoi sviluppi.

D - Se ben ricordo sembra che l'etimologia del nome debba farsi risalire a « lanx satura », avendo gli antichi costume di raccogliere in un piatto e offrire e consacrare agli dei le primizie dei campi.

P - Ti ricordi di un passo di Livio che leggeremo e spiegheremo in prima liceale?

D - M'è del tutto uscito di mente, e non è strano, trattandosi di cosa tanto lontana, a sì grande intervallo di tempo.

P - Ve lo leggerò di nuovo « e in questo e nell'anno seguente ci fu una pestilenza (si tratta dell'anno 389) e non cessando la violenza del male nè per umani consigli nè per divino aiuto, si dice che, essendo gli animi presi dalla superstizione, tra le altre cose fatte per placare l'ira celeste, furono instituiti anche dei giuochi scenici. Degli attori fatti venire dall'Etruria, senza versi e senza gesti che imitassero il canto, ballando al suono del flauto, facevano alla maniera etrusca movimenti non senza grazia. La gioventù cominciò poi ad imitare questi attori, aggiungendovi piacevolezze in versi fatti senza arte, e i movimenti non discordavano dal canto ». Da questo passo facilmente si desume che la satira, ai suoi inizi, non fu altro che puro pantomimo. Continua Livio: « pertanto la cosa piacque e, molto spesso facendosi, fu perfe-

« hister » Tusco verbo ludius vocabatur) nomen histrionibus inditum, qui non sicut ante fescennino versu similem versum incompositum temere ac rudem alternis iaciebant, sed impletas modis satiras, descripto iam ad tibicinem cantum motuque congruenti peragebant ». Patet igitur ludiones etruscos ad saltationis motus iocularia sive fescenninos versus adiunxisse; postea cum vernaculi artifices histrionibus successissent in agendis satiris, genus quoddam scaenicum exortum esse in quo et iustum argumentum inesset et cantus modique, qui cum eo apte et accommodate congruerent. Cuius quidem rei auctor fuisse Livius Andronicus videtur, qui primus argumento fabulas serere ausus est. At paullatim satira cum iacere et sordescere coepisset, scaenis relictis, in lyricum genus conversa a poetis tantum usurpata est, qui sibi propositum haberent ut carperent hominum stultitiam, eorum flagitia patefacerent, pravamque vitae consuetudinem insectarentur. Quo in genere non est dubium quin Horatius clarissimus poeta exstiterit. Liqueatne omnibus?

Omnes discipuli - Liqueat, magister!

QUAESTIONES

- 1) *Quo est referendum nomen satirae?*
- 2) *Quo anno satira invecta est Romam?*
- 3) *Quod spectaculi genus fuit principio?*
- 4) *Per quos gradus satira in lyricum genus conversa est? Quo maxime spectavit?*
- 5) *Quis satirarum scriptor maximus?*

zionata. Agli artisti indigeni (siccome l'attore in etrusco si chiamava «hister») si dette il nome di istrioni; ed essi, non come prima cantavano a vicenda versi mal composti all'improvviso e rozzi a somiglianza del verso fescennino, ma recitavano satire piene di modulazioni, con canto già scritto per la musica della tibia e con movimenti convenevoli ». E' chiaro dunque che gli attori etruschi aggiunsero alla danza versi scherzosi o fescennini; poi, essendo successi agli istrioni artisti indigeni nel rappresentare le satire, ne venne fuori una specie di poesia drammatica nella quale c'era un argomento regolare e canti e musica con esso argomento in modo adatto e congruente rispondenti. Di questa innovazione sembra sia stato autore Livio Andronico, il quale fu il primo che osò scrivere commedie con svolgimento regolare. Ma a poco a poco la satira, essendo cominciata a decadere e a perdere di pregio, abbandonate le scene e mutatasi in genere lirico, fu usata soltanto da quei poeti che si proponevano di attaccare la stoltezza umana, mettere a nudo le nequizie degli uomini, colpire i loro mali costumi. In questo genere non vi è dubbio che Orazio sia riuscito il più eccellente poeta. E' chiaro ciò a tutti?

Tutti gli scolari - E' chiaro!

DOMANDE

- 1) *Donde è derivato il nome satira?*
- 2) *In che anno la satira entrò in Roma?*
- 3) *Quale genere di spettacolo fu da principio?*
- 4) *Attraverso quali fasi la satira si cambiò in genere lirico? A che soprattutto mirò?*
- 5) *Chi fu il più grande scrittore di satire?*

X.

De quibusdam latinitatis auctoribus

Magister — Nunc breviter ac summatim recensere aggrediamur aliquos ex praecipuis latinitatis auctoribus. Tu, Auguste, ad locum tuum recede, huc Marius Marchini accedat! De Plauti et Terenti vita et operibus quam brevissime et explicatissime loquere!

M - M - Inter omnes constat comicorum principem Titum Maccium Plautum fuisse, qui, natus humili loco Sarsinae anno 254 a. C. n., ibi primam aetatis partem egit. Quo tempore quave de causa Romam se contulerit, parum compertum habemus; sed verisimillimum est in Urbem eum transmigrasse, cum victum quaerendi causa, tum cupiditate gloriae, quae iam in animo adolescentuli lateret, impulsus. Nam, cum ad scribendas comoedias animum appulisset, magnam admirationem sui movit, et nonnihil pecuniae sibi comparavit, qua fretus, mercaturae faciendae se dedit, sed, sive temeritate sive inscitia, sive iniuria fortunae, brevi tempore ad summam inopiam redactus, ad circumagendas molas, quae « trusatiles » appellantur, operam suam apud pistorem locare conatus est. Quae fortunae iniquitas neque animum poetae fregit neque iocandi facultatem retardavit, adeo ut, cum per otia quae ei darentur, fabulas conscripsisset quae maxime probarentur servitute liberatus sit. Exstant viginti fabulae et una ex quibus maxime dignae quae memorentur sunt: « *Amphitruo* », « *Menaechmi* », « *Trinummus* », « *Captivi* », « *Mostellaria* », « *Asinaria* » etc. Quamquam argumenta de graeco fonte sumpsit, Philemonem,

Di alcuni autori latini

M - Accingiamoci ora a passare in rassegna brevemente e per sommi capi i principali autori latini. Tu, Augusto, torna al tuo posto. Venga qua Mario Marchini! Parlami della vita e delle opere di Plauto e Terenzio, nel modo più breve e più chiaro!

M - M - Si sa che il primo autore comico latino fu Tito Maccio Plauto, che, nato di umile condizione a Sarsina nell'anno 240 a. C., trascorse ivi la prima parte della vita. Non si sa bene in quale tempo e per qual motivo sia venuto a Roma; ma è molto probabile che vi si sia trasferito, sia per guadagnarsi la vita, sia spinto dal desiderio di gloria, che già si celava nell'animo del giovinetto. Messosi a scrivere commedie, suscitò grande ammirazione e mise insieme un gruzzolo, fidando nel quale, si dette alla mercatura; ma, sia per avventatezza, sia per inesperienza, sia per ingiura della fortuna, ridottosi in breve all'estrema povertà, fu costretto a prestare l'opera sua presso un fornaio a girare la macina. Questa mala sorte, però, non riuscì ad abbattere l'animo del poeta, nè a smorzarne la vena comica tanto che, avendo, durante i momenti di riposo, scritto delle commedie e, avendo queste riscosso ammirazione, fu liberato dalla schiavitù. Restano 21 commedie fra le quali sono le più degne di menzione: « Anfitrione », « Menecmi », « Trinummo », I Prigionieri », la « Commedia degli Spettri », « Asinaria » ecc. Quantunque abbia derivato l'argomento da fonti greche seguendo Filemone,

Diphilum, Apollodorum secutus, tamen, qua singulari in excogitando vi et acumine erat, adeo a vestigiis Graecorum recessit, ut omnino et plane suus exstitisse videatur. Nemo ei par fuit, neminem usquam invenias qui possit cum Plauto comparari, iocorum venustate, italico sale, lepore atque elegantia sermonis, quamvis interdum indulgeat iocandi generi quod illiberale, petulans, flagitiosum, obscaenum est. Quod vitium rectius quam poetae temporibus adscribas.

P - Quo anno mortuus est?

M - Nisi fallor, anno centesimo octogesimo quarto.

M - Heus tu, Paule, dicere aggredere de Terentio!

P - Pauca, neque ea satis certa accepimus de Terentio. Qui, Carthagine natus vel, ut alii censent, in Libyca regione anno 194 a. C. n., Romam a Terentio Lucano senatore deductus, primum apud eum servitutem servivit, postea ab eodem ob ingenii excellentiam artibus ingenuis educatus et manumissus est. Quoad Romae vitam egit praeclarissimis viris atque doctissimis, praecipue Scipione Aemiliano et Laelio, familiariter usus est. Ex quo accidit ut in se aemulorum invidiam conflaret, qui eum insimulaverunt, quod in condendis fabulis amicorum auxilio usus esset.

Quam obtrectatorum invidiam ut fugeret, simulque ingenium excoleret, in Graeciam se contulit, unde, dum in patriam redit, supremum diem obiit, anno fere centesimo undesexagesimo nono. Quo loco quave de causa parum compertum habemus. Terenti comoediae sex supersunt, quibus in scribendis Menandrum secutus esse videtur: quae sunt: « *Andria* » « *Eunuchus* » « *Hecyra* » « *Heautontimoroumenos* » « *Phormio* » « *Adelphoe* ». Etsi virtute comica longe inferior quam Plautus fuit, ta-

Difilo e Apollodoro; tuttavia, data la sua straordinaria facoltà inventiva, seppe talmente allontanarsi dalle orme greche, da apparire poeta originale. Nessuno mai fu pari a lui, nessuno che gli possa essere paragonato per festività di brio, italico sale, per grazia ed eleganza di linguaggio, quantunque ogni tanto si lasci andare a quel genere di frizzi che è volgare, petulante, deplorabile e osceno. Il qual difetto meglio si ascriverebbe, che al poeta, ai tempi suoi.

P - In che anno morì?

M - Nel 184, se non m'inganno.

M - Ehi, Paolo, dimmi qualche cosa su Terenzio!

P - Poco sappiamo e non chiaro su Terenzio. Nato a Cartagine, o, come altri credono, in Libia nell'anno 194 a. C. fu portato a Roma dal senatore Terenzio Lucano presso il quale da prima visse in servitù, poi, per le doti d'ingegno, fu istruito nelle arti liberali e affrancato. Finchè visse a Roma, fu nell'intimità di eccellentissimi e dottissimi personaggi, specialmente di Scipione Emiliano e di Lelio. Per questo si attirò l'invidia degli emuli, che l'accusarono di essersi valso del loro aiuto nello scrivere commedie. Per sfuggire a questa ostile campagna dei suoi denigratori, e, al tempo stesso, per affinare il suo ingegno, si recò in Grecia, ma, durante il ritorno, morì, verso il 159. Dove e per qual motivo non è chiaro. Rimangono sei commedie di Terenzio: « La Fanciulla d'Andro », « Eunuco », « La Suocera », « Il Punitore di sè stesso », « Formione », « I Fratelli ». Per quanto per brio e festività rimanesse al di sotto di Plauto, pur tuttavia, come s'acquistò gran fama per l'eleganza e per la dignità dello stile, così riuscì di gran lunga supe-

men cum magnam sibi laudem adeptus est propter elegantiam ac dignitatem sermonis, tum longe praeter ceteros clarissimus exstitit imitatione naturarum morumque descriptione. Quod si Caesar, aestimator acerrimus, ei non impertit nisi dimidiam partem laudis Menandri, Cicero, cuius non minor est auctoritas, totam ei tribuere videtur.

Si recte iudicare volumus, apud Terentium omnes fabularum personae sua figura sunt praeditae, unaquaeque per se vivit atque sua natura et ingenio agit; apud Plautum contra, personae eadem semper inducuntur iisdem ingeniis ac moribus praeditae, nulla adhibita varietate; quae, cum nihil aliud vel dicant vel agant, quod uniuscuiusque ingenii proprium sit, ad traditam personarum rationem referendae videntur.

M - Bene, adulescens! Id enim ipsum inter Plautum et Terentium differt. Exsurge tu, Aemili; velim Vergili vitam atque opera exponas, praecipue de iis rationem habens quae ad «*Georgicon*» libros attinent.

Ae - Publius Vergilius Maro natus est Ande in pago agri Mantuani anno 70 a. C. n. Adulescens Mantuae, Cremonae, Mediolani et Neapoli praestantissimos litterarum et philosophiae magistros audivit. Cum Octavianus agrum Mantuanum veteranis militibus divisisset, Vergilius, patrio agello depulsus, Romam se contulit, ibique, Asinii Pollionis et Maecenatis auxilio gratiam iniit apud Augustum ab eoque innumeris beneficiis cumulatus, totum se tradere litteris potuit. Anno undevigesimo ante Christum natum, in Graeciam profectus ut materiam colligeret ad perficiendum opus, cum Athenis Augusto occurrisset statuit cum eo in Italiam reverti, sed

riore ad ogni altro nella rappresentazione dei costumi e dei caratteri. E se Cesare, acutissimo critico, non gli concede che la metà della lode di Menandro, Cicerone, l'autorità del quale non è certamente minore, sembra che tutta gliela tribuisca. Se vogliamo dire la verità, tutti i personaggi delle commedie di Terenzio hanno una propria individualità, ciascuno ha una natura sua, una vita sua e agisce in virtù di un suo proprio carattere; invece presso Plauto i personaggi sono sempre gli stessi, presentano sempre gli stessi caratteri, senza varietà, e siccome nulla dicono e nulla fanno di personale, non sono altro che tipi corrispondenti ad un genere fisso.

P - Bene, ragazzo! E' appunto questa la differenza che intercorre fra Plauto e Terenzio.

Alzati, Emilio! Vorrei che tu mi esponessi la vita e le opere di Virgilio, con speciale riferimento alle « Georgiche ».

E - Publio Virgilio Marone nacque in Andes, villaggio presso Mantova, nell'anno 70 a C. Giovinetto, a Mantova, a Cremona, a Milano e a Napoli ascoltò i più eccellenti maestri di letteratura e di filosofia. Avendo Ottaviano diviso il territorio di Mantova ai veterani, cacciato dal paterno campicello, si recò a Roma, ed ivi, coll'aiuto di Asinio Pollione e di Mecenate, entrò nelle grazie di Augusto e coperto da lui di benefizii potè darsi completamente alle lettere. L'anno 19 a. C. si recò in Grecia per raccogliere il materiale per compiere la sua opera, e incontratosi ad Atene con Augusto, stabilì di ritornare con lui in patria; ma, durante il viaggio, caduto

in itinere in morbum mortiferum delapsus, Brundusii supremum diem obiit. Corpus Neapolim translatum est, ibique sepultum.

Opus eius perfectissimum exstant «*Georgicon*» libri, quos confecit seu Maecenatis iussis obsecutus, seu, quod verisimilius videtur, animo et ingenio ducente ut in animis Italorum agriculturae studium excitaret. Ex quatuor libris hoc opus constat, quorum primo de agricultura egit, secundo de colendis serendisque arboribus, tertio de cultu pecori habendo, quarto de apibus tractavit.

Sed ab argumento interdum discedit, sive ut prodigia quae C. I. Caesaris caedem aut praecesserint aut subsecuta sint enarret, sive ut laudes Italiae celebret, sive ut pestem animalium elegantissimis versibus suaviter explicet.

M - Quos potissimum auctores Vergilius in condendo opere suo secutus est?

Ae - Non est dubium quin Vergilius ad Hesiodi opus, quod «*Opera atque Dies*» inscribitur respexerit, sed etiam ex operibus Catonis et Varronis quae ad rem rusticam attinent nonnulla hausit. Praeterea, in praecipis de agricultura tradendis, auctores etiam habuit Aratum, Teophrastum, Nicandrum, fortasse et Hyginum et Magonem Carthaginiensem.

M - Tecum consentio, sed maxime adiutus est, cum usu agrorum et rusticationis quibus a puero assuetus fuit tum singulari amore quo in omnes res quae in natura sunt vehementer flagravit. Tu locum tuum repete: tibi-que succedat Aegisthus. Dic mihi, Aegisthe, primum, qua in urbe et quo anno Q. Horatius Flaccus natus sit.

in una malattia mortale morì a Brindisi. Il corpo fu trasportato a Napoli ed ivi sepolto. L'opera di lui più perfetta rimane quella che s'intitola « Georgiche » che compose, sia per ordine di Mecenate, sia, ciò che sembra più probabile, per sua inclinazione naturale allo scopo di risvegliare negli animi degli Italiani l'amore per l'agricoltura. L'opera è in quattro libri; nel primo dei quali trattò « dell'agricoltura », nel secondo « dell'arboricoltura », nel terzo « dell'allevamento del bestiame », nel quarto « delle api ». Ma spesso si allontana dall'argomento, sia per esporre i prodigi che precedettero o seguirono l'uccisione di Cesare, sia per cantare le lodi d'Italia, sia per esporre la pestilenza degli animali con arte squisita, o per narrare, con perfettissimi versi la favola di Aristeo.

M - Donde attinse specialmente Virgilio?

E - Non è dubbio che egli abbia tenuto presente l'opera di Esiodo, ma attinse anche a quella di Catone e di Varrone. Inoltre, nel dar precetti di agricoltura, tenne presenti Arato, Nicandro, Teofrasto, e, forse, Iginio e Magone Cartaginese.

P - Son d'accordo con te; ma soprattutto fu aiutato, sia dall'esperienza che aveva dei campi e della vita agreste, sia dal sentimento della natura, che ebbe vivissimo.

P - Basta di ciò. Passiamo ad Orazio. Tu, ritorna al tuo posto e venga Egisto! Dimmi, prima di tutto, Egisto, in che città e in che anno nacque Quinto Orazio Flacco?

Ae - Non qua in urbe, sed quo in oppido, rectius dixerim.

M - Unde, male morate, tanta licentia ut tibi facultatem concedas magistrum tuum reprehendendi?

Ae - Ignosce mihi, quaeso, magister; imprudens dixi.

M - Sat! Sat! Ad rogata responde!

Ae - Venosae, in oppido quod medium est inter fines Lucaniae et Apuliae: nam memini poëtam ipsum nescisse utrum Lucanum an Apulum se appellaret.

M - Nunc perge de vita et operibus dicere.

Ae - A satiris incipiam, seu quod tempore praecedunt, seu quod poëta videtur hoc in genere facile ceteris omnibus praestitisse.

M - Num huius litterarum generis Horatius inventor habendus est?

Ae - Minime quidem, cum et Lucilius et Varro Atacinus et Terentius Reatinus magnam laudem in conscribendis satiris assecuti sint.

M - Quid? Num in id erroris relaberis ut arbitreris Terentium Varronem eadem ratione atque reliqui duo quos supra memorasti satiram tractavisse?

Ae - Me non fugit Varronem satiras Menippeas quae dicuntur, scripsisse ita ut immiscuerit versibus solutam orationem, hominum vitia carpendo morem et exemplum Menippi philosophi cynici secutus.

M - Pulcre! Sed velim mihi dicas qua ex parte Horatius poëta proprius et omnino suus in hoc litterarum genere evaserit, quibusque laudibus ceteris satirarum scriptoribus praestiterit.

Ae - Hoc ei praecipue laudi tribuendum esse omnes fere consentiunt, quod, optime vivendi prae-

E - Non in che città, ma in qual villaggio direi più giustamente.

P - Donde, maleducato, codesta tua licenza di permetterti di correggere il tuo professore?

E - Mi perdoni prego, l'ho detto senza accorgermene.

P - Basta! basta! Rispondi piuttosto alla domanda!

E - A Venosa, paese posto tra la Lucania e l'Apulia. Mi ricordo infatti che il poeta stesso non sa se chiamarsi Lucano o Pugliese.

P - Continua ora a dire della vita e delle opere!

E - Principierò dalle satire, sia, perchè precedono in ordine di tempo, sia, perchè il poeta, in questo genere, riuscì di gran lunga superiore agli altri.

P - Forse che Orazio si deve ritenere l'inventore di questo genere?

E - Affatto; infatti Lucilio, Varrone Atacino e Terenzio Reatino ebbero gran lode come scrittori di satire.

P - E che? Forse che cadi nell'errore di credere che Terenzio Varrone abbia trattato la satira allo stesso modo dei due che hai ricordato?

E - So bene che Varrone scrisse le cosiddette satire « *Menippee* » così da mescolare ai versi la prosa, riprendendo i vizi umani, secondo il costume del filosofo cinico Menippo.

P - Va bene, Vorrei che tu mi dicessi sotto qual punto di vista Orazio sia riuscito poeta originale in questo genere, e per quali pregi è lodato sopra gli altri scrittori.

E - Prima di tutto, egli, ottimo maestro di morale, arricchì la letteratura romana di bellissime satire, colle

ceptor sibi proposuerit ut Romanorum litteras augetet praeclarissimis satiris, quibus flagitia hominum patefaceret pravamque eorum vitae consuetudinem insectaretur.

M - Num Horatius Iuvenalis ardet stomacho, num verbere attingit, notamque inurit, cietque sanguinem?

AE - Mirum si quis id adfirmare audeat: nam Horatius, quasi amoenus quidam philosophus, castigat ridendo mores. Ipse enim ait: « quis vetat ridendo dicere verum »? At si plerumque ludo et ioco utitur, interdum graviter et serio agit, quod genus satiras scribendi nemo unquam post eum imitando consecutus est. Cum in tempora incidisset, quibus reipublicae mores et ridicula hominum satirico carmini magnam materiam praeberent, ea omnia poeta versibus effinxit atque expressit, tam mirabili artificio ut saepe tabulas eum pinxisse dixeris, veritatis plenas atque artis.

M - Rarior corvo albo es, mi adulescentule, qui mirum in modum responderis.

I sessum; dicat de epistulis Augustus, qui oleo tranquillior sedet et, quotiescumque in eum oculos converti, alio respicit. Heus, tu exsurge! Istinc responde; ne loco excesseris!

Quot epistularum libros Horatius excudit?

Ae - Duos nisi fallor: quorum priore viginti epistulae continentur, altero autem duae, nisi velis adiungere epistulam « *ad Pisones* » quam grammatici « *De Arte Poetica* » inscripserunt.

M - Iuvat quod tu me in errore deprehenderis; flocci te non faciebam. Quid interest inter satiras et epistulas?

quali mise a nudo le vergogne dell'umanità e ne sferzò i corrotti costumi.

P - Forse che Orazio è invasato dalla bile di Giovenale? Forse che sferza e bolla a fuoco e colpisce a sangue?

E - Mi meraviglierei, se qualcuno affermasse ciò! Giacchè Orazio, come un piacevole filosofo, riprende sorridendo. Dice infatti egli stesso: « Chi impedisce di dir la verità ridendo? ». Ma se, per lo più, si vale dello scherzo e del gioco, talvolta tratta l'argomento con gravità e serietà; genere questo inimitabile di scriver satire che nessuno in seguito riuscì ad imitare. Essendo capitato in tempi nei quali i costumi dello Stato e le ridicolezze degli uomini offrivano ampia materia alla satira, Orazio seppe tutto ciò riprodurre con arte mirabile, sì da dipingere dei quadretti pieni di arte e di verità.

P - Sei più raro di un corvo bianco, o ragazzo mio, perchè hai risposto in un modo veramente meraviglioso! Siedi e venga a parlare delle epistole Augusto, che se ne siede più cheto dell'olio e, tutte le volte che lo guardo, si volta da un'altra parte. Ehi, tu, alzati! Non uscire dal tuo posto! Quanti libri di epistole compose Orazio?

A - Se non m'inganno, due; nel primo dei quali si contengono venti epistole e nell'altro due, a meno che non si voglia aggiungere l'epistola « *Ai Pisoni* » che i grammatici intitolarono « *Arte Poetica* ».

P - Mi fa piacere che tu mi abbia colto in errore. Io non ti stimavo nulla. Che differenza c'è tra le satire e le epistole?

Ae - Id maxime intercedere videtur, quod cum in satiris humana vitia mordeat, detegat atque nudet quaecumque sunt in hominibus improbanda; in epistulis contra, hoc ei potissimum propositum fuerit, ut virtutem et honestatem praeciperet, multis admixtis, quae ex intima philosophia provenirent; praeterea epistulas ad amicos suos scripsit, cum satiras sine nomine ediderit.

M - Optime; sed brevius dicere poteras ad idem genus et satiras et epistulas pertinere, sed satiras concitatione animi atque vi conscriptas esse ut par erat in iuvene, fervore aetatis impulso; epistulas contra remissius genus orationis prae se ferre, ut fere solent esse opera quae proveciore aetate conduntur. Quid de Horatio lyrico dicere habes?

Ae - Non multa quidem, sed quae satis sint, spero, ad sex puncta consequenda.

M - In malam rem sex quae commemorasti puncta!

Nescio quo fato fiat ut de nulla alia re cogitetis nisi ut magistro in praesentia satisfiat, qui periculum vestri facturi sitis apud probandis discipulis publicos magistros.

Ae - Recte dicis, magister; sed sane nihil offecerit si ostendere potuero pagellam meam satis probandam.

M - De hoc ne plura dixeris. Noli me amplius his nugis fastidire; dic de carminibus Horati.

Ae - Carmina Horati, in quattuor libros digesta, monumentum exstant clarissimum eius ingenii.

M - Haec non est qui ignoret; subtilius rem perscrutare.

Ae - Non sum is qui subtilius inquirere possim; gratias Deo ago, si quae in epitome litterarum latinarum legi repetere valeo.

A - Pare che soprattutto in questo consista la differenza: nelle satire morde e mette a nudo tutto ciò che è riprovevole negli uomini; nelle epistole invece si propone di dare insegnamenti di virtù e di onestà, mescolandovi molti precetti d'intima sua filosofia; inoltre l'epistole sono indirizzate ai suoi amici, mentre le satire non sono dirette ad alcuno.

P - Benissimo! Ma potevi dire più in breve che, sia le satire, sia le epistole, appartengono allo stesso genere; ma le satire sono scritte con più calore come era naturale in un giovane, l'epistole, invece, presentano uno stile più calmo e posato, come sono di solito le opere che si scrivono in età avanzata. Che puoi dirmi di Orazio lirico?

A - Non molto invero, ma ciò che basta, spero, ad ottenere la sufficienza.

P - Al diavolo il sei! Non so per quale mala ventura avvenga, che non siate capaci di pensare altro che al sei, voi che dovrete tra poco affrontare l'esame di maturità.

A - Ha ragione, professore, ma non nuocerà certamente, se potrò mostrare una pagella abbastanza buona.

P - Basta di ciò, non seccarmi più con queste sciocchezze! Parlami dei carmi d'Orazio!

A - I carmi di Orazio, divisi in quattro libri, restano splendido monumento del suo ingegno.

P - Questo lo sanno tutti. Approfondisci di più l'argomento!

A - Non son tale da potere indagare troppo a fondo; ringrazio Dio se riesco a ripetere quel che leggo nel manuale di letteratura latina.

M - Atqui mecum legisti carmina Horati nonnulla; quomodo iis legendis affectus es? Nihil pulcre, suave, venuste, nihil graviter, nihil iocose dictum invenisti? Si explicare debeas ad aestheticae artis rationem aliquod Horati carmen, num verba te deficiant?

Ae - Sunt de quibus aliquid dicere possim, alia autem sunt, de quibus, si excipias argumentum, ne unum quidem verbum proferam.

M - Quibus maxime delectatus es?

Ae - Illis fere quibus laudes Veneris, Bacchi atque ioci praedicat, monetque homines ut diem carpant, spes longas resecent, quam minime sint creduli postero.

M - Ne te altius extuleris, neve nimium ardori animi indulseris! Nam, etiamsi Horatius conviviorum iucunditatem atque securitatem nonnumquam splendidis coloribus illuminavit, laudes etiam imperii Augusti in quarto libro scienter atque perite celebravit, ita ut eius opus iure habeatur Romanae maiestatis tamquam praeconium aeternumque testimonium.

Ad locum tuum igitur te confer; nam longe a recta ratione in iudicio de Horatio lyrico proferendo aberrare visus es. Nam quomodo potest silentio praeteriri saeculare illud carmen, ex quo Romanorum virtus tota elucet atque effulget? Magna quidem in eo sententiarum gravitas ac verborum pondera nec non summa dulcedo et suavitas orationis. Sed id in primis animadvertendum est, Horatium hoc carmine domesticas virtutes potissimum concelebravisse precatum Romae imperium illud in omnes gentes, quod re primum armis deinde religione atque humanitate obtinuit. Recordemini luculen-

P - Eppure tu hai letto con me alcune odi di Orazio; che impressione ne hai riportata? Non hai trovato nulla di bello, di piacevole, d'aggraziato; niente di grave, niente di gioioso? Se tu dovessi interpretare esteticamente qualche carme di Orazio, non troveresti nulla da dire?

A - Ci sono delle poesie sulle quali potrei dir qualche cosa, ma di altre, eccettuato l'argomento, non saprei dir nulla.

P - Quali ti sono piaciute di più?

A - Quelle nelle quali fa le lodi di Venere, di Bacco e del divertimento, e ammonisce gli uomini a cogliere l'ora presente, a non avere speranze lontane e a non confidare nel futuro.

P - Non ti esaltare troppo, e non t'abbandonare eccessivamente all'entusiasmo! Infatti, se Orazio con splendide immagini cantò la gioia e la spensieratezza, ha anche celebrato con grande arte e abilità, specialmente nel quarto libro, le lodi dell'impero di Augusto, sì che l'opera sua può considerarsi come un inno e un'eterna testimonianza della romana grandezza. Torna dunque al tuo posto, perchè nel giudicare Orazio mi sembra che vada fuor di strada. Infatti, come si può passar sotto silenzio *il carme secolare* nel quale tutta quanta la virtù romana risplende di fulgida luce? Grande in esso è la profondità del pensiero, la nobiltà della parola, la dolcezza ineffabile dello stile; ma soprattutto bisogna considerare che Orazio, in questo suo carme, celebrò le virtù della stirpe, augurando a Roma quell'impero su tutto il mondo che in effetto sempre mantenne, prima colle armi, poi colla religione e colla civiltà. Ricordatevi quella magnifica invocazione: «*Possa tu, o sole, vedere*

tam illam sententiam « Sol possis nihil urbe Roma visere maius ». Nihil praeclarius, nihil subtilius, nihil ornatius unquam caritas patriae potuit animo cuiusquam poetae dictare.

XI.

De descensu Dantis ad Inferos

M - Antequam de opere quod « Comoedia » inscribitur (propter tenue dicendi genus), dicere exordior, non abs re facturus videor, si quem vestrum iussero vitam et opera Dantis summatim exponere (*iubet Antonium ad cathedram venire*).

A - Dantes Aligherius Florentinus, anno 1265 Salutis nostrae natus, ab ineunte aetate mirum in modum litterarum studio flagravit, quas ad colendas divinitus aptus et conformatus fuisse videtur.

M - Quid in vita Dantis potissimum valuit ad eius ingenium moresque conformandos atque ad excitandam vim mentis?

A - Amor imprimis Beatricis, qua, florenti aetate, vehementer arsit. Quam feminam, postquam acerbo fato absumpta est, religiose coluit, eamque habuit quasi ducem et auctorem in iis componendis operibus quibus aeternam gloriam est assecutus.

M - A reipublicae muneribus longe remotus afuit, qui est fere eorum mos qui in litteris versantur, annon?

A - Minime vero, quin immo, paene dixerim, studiosissime in media republica versatus est, adeo ut in « Collegium Priorum » cooptatus sit.

niente di più grande di Roma ». Nulla di più sublime, nulla di più splendido, mai l'amor di Patria potè ispirare ad animo di poeta!

XI.

Discesa di Dante all'Inferno

Professore - Prima di cominciare a parlare della « Commedia », ritengo che non sarà fuor di luogo chiamar qualcuno di voi a dire per sommi capi della vita e dell'opera di Dante (*Chiama Antonio alla cattedra*).

Antonio - Dante Alighieri, fiorentino, nacque nel 1265 dell'era volgare. Fin dalla giovinezza si dette tutto alle lettere, alle quali fu per natura in straordinario modo portato.

P - Quali vicende nella vita di Dante più valsero a conformarne il carattere e ad eccitarne la forza dell'ingegno?

A - L'amore di Beatrice per la quale arse in gioventù. Quando poi quella donna, che egli aveva eletto signora dell'animo suo, fu rapita da acerba morte, ne conservò religiosamente la memoria e l'ebbe ispiratrice nell'opera sua di poeta.

P - Si astenne dalla politica, come è costume degli uomini letterati o no?

A - Vi partecipò, anzi direi che vi si dette con passione, tanto che fece parte anche del « Collegio dei Priori ».

M - Meministine quae ex legibus institutisque Reipublicae Florentinae fuerit necessaria condicio, si quis ad gubernacula Reipublicae accedere vellet?

A - Nisi fallor, ex Reipublicae forma, quam Janus Della Bella paucis ante annis constituerat, debebant omnes, qui nomen ad publica negotia gerenda profiteri in animo haberent, nomen suum antea in alicuius maiorum quae dicebantur artium tabulas referre: quae causa fuit cur Dantes nomen in « Pharmacopolarum collegium » daret.

M - Satis recte! Cui pugnae Dantes interfuit?

A - Pugnae apud Campaldinum pugnatae, qua Florentini Aretinos profligaverunt. Satis compertum habemus Dantem stipendia meruisse equo et se virum fortem strenuumque in acie praestitisse.

M - Quo anno haec pugna pugnata est?

A - Anno millesimo ducentesimo undenonagesimo.

M - Optime; perge dicere!

A - Cum iis temporibus Florentinorum respublica intestinis discordiis gravissime laboraret, Bonifacius VIII, Pontifex Maximus, Carolum Valosianum Florentiam misit, qui, sub specie pacis adferendae, non inter partes dirimeret controversias, sed potius Nigris qui dicebantur faveret. Itaque Dantes, cum in odium et invidiam adversariorum incidisset, exilio multatus est eiusque bona publicata. Itaque vir ille praestantissimus honestissimis imbutus artibus, spe domum revertendi destitutus, per omnes fere Italiae partes erravit, multo labore atque sudore victum sibi quaeritans. At, quamquam ea iniquitate fortunae vexatus, confugere ad ditissimum nobilissimumque quemque aetatis suae principum debuit, ad stipem quasi emendicandam, numquam

P - Ti ricordi che cosa, secondo le leggi e le istituzioni della Repubblica Fiorentina, si richiedesse a chi voleva prender parte alla cosa pubblica?

A - Me lo ricordo, professore; bisognava che chi si presentava alla candidatura, fosse iscritto nelle « Arti Maggiori » in ossequio alla nuova costituzione di Giano Della Bella; perciò Dante s'inscrisse nell'ordine degli « Speciali ».

P - Va bene! A quale battaglia partecipò Dante?

A - A quella di Campaldino, nella quale i Fiorentini sconfissero gli Aretini. Si sa che Dante militò in cavalleria e si comportò da valoroso.

P - In che anno questa battaglia fu combattuta?

A - Nel 1289.

P - Continua dunque!

A - Essendo in quei tempi la Repubblica Fiorentina travagliata da discordie intestine, Papa Bonifacio VIII mandò a Firenze Carlo di Valois, che, a parole, mettesse d'accordo le parti in contrasto, ma, in realtà, favorisse il partito dei Neri. Pertanto Dante, caduto nell'odio degli avversari, fu cacciato in esilio e i suoi beni confiscati: onde avvenne che quell'uomo nobilissimo, di eccellenti studii nutrito, perduta la speranza di tornare in patria, andò vagando per varie località, cercando da vivere con molta fatica e sudore. Travagliato dalle avversità della sorte, dovè cercar rifugio presso i signori più illustri del tempo, perchè lo aiutassero colla loro liberalità, ma non si perse mai d'animo, cercando con-

tamen animum flexit, quin solacium malorum in litteris quaereret, ea spe fretus fore ut laudibus ingenii imperitiam gloriam sibi compararet. Obiit Ravennae anno Salutis Nostrae 1321, mortifero morbo consumptus in quem, quae fama maxime constat, ex palustri coelo delapsus esset. Exstant eius nonnulla opera et vulgari et latino sermone conscripta.

M - Quae opera vulgari sermone conscripta?

A - « *Vita nova* » « *Convivio* » « *Commedia* ».

M - Nunc quae latine exaraverit, profer!

A - « *De vulgari Eloquentia* » « *De Monarchia* » « *Quaestio de aqua et terra* » « *Eclogae ad Ioannem de Vergilio (Bononiensem magistrum)* » ad quae accedunt nonnullae epistolae « *Ad Henricum VII* » « *Ad perfidos Florentinos* » « *Ad Principes Italiae* », quae ei adiudicandae videntur; de aliis nonnullis adhuc quaestio sub iudice est.

M - Nihil te amplius moror; exordiar ipse de « *Commedia* » dicere: attentas aures praebete!

In eo opere, quod « *Commedia* » inscribitur, commentus est Dantes se in medio vitae cursu, cum a recta via aberrasset, in silvam horridam devenisse, ex qua cum evadere conaretur ad montem quemdam divina luce collustratum pergens, tres sibi feras occurrisset quae retro repellerent. Tunc, in summo discrimine rerum, prope iam desperata salute, sibi visum adesse Vergili simulacrum, quod moneret Dei esse propositum ut per infera loca iter faceret si viam salutis reperire vellet.

Nunc pretium operae est exponere quomodo structuram et dispositionem Inferorum poeta mente excogitaverit versibusque effinxerit atque expresserit.

forto alla sventura nelle lettere, confidando di potere raggiungere imperitura gloria colle virtù del suo ingegno. Morì a Ravenna nel 1321 di morbo mortale per infezione malarica, secondo la versione più attendibile. Rimangono di lui molte opere in volgare e in latino.

P - Enumera le opere in volgare!

A - « *La Vita Nuova* », « *Il Convivio* » e « *La Commedia* ».

P - Quali le opere in latino?

A - « *Del Volgare Eloquio* », « *Della Monarchia* », « *La questione dell'acqua e della terra* », « *Le Egloghe a Giovanni del Virgilio* » alle quali sono da aggiungere alcune epistole « *Ad Arrigo VII* », « *Ai perfidi Fiorentini* », « *Ai signori d'Italia* » che sembrano da aggiudicarsi a lui; di alcune altre si è ancora in dubbio.

P - Non ti trattengo più. Comincerò ora io a parlare della *Commedia*. State attenti: Nell'opera che intitolò « *Commedia* », Dante immaginò di essersi smarrito in una selva orrida, per aver perduto la via della virtù e, mentre cercava di uscire da essa selva avviandosi ad un monte illuminato da una luce divina, gli vennero incontro tre fiere, che lo respingevano indietro. Allora, trovandosi in gran pericolo, senza più quasi speranza di salvezza, gli parve che si presentasse a lui l'ombra di Virgilio e gli dicesse che Dio aveva stabilito che egli facesse un viaggio attraverso i luoghi d'oltretomba se voleva trovare la via di salvezza. Ora vi esporrò come Dante abbia immaginato la struttura e la disposizione dell'*Inferno*. Essendo stato Lucifero, per la ribellione

Cum Lucifer propter seditionem Angelorum de coelo deturbatus esset, ea terrarum pars in quam praecipitabat, ne tantum attingeret nefas, in immensam desedit altitudinem: ita magna vorago effecta in qua Dantes regnum Ditis constituit.

Tullius - Quae huius voraginis forma?

M - Infundibuli vel potius conii.

T - Mirum! Utram in partem vertex vergit?

M - Ad mediam terrarum partem, quo pondera omnia nituntur. Hanc immensam voraginem duas in partes poeta divisit, quarum in altera poenas ii luerent qui cupiditatibus temperare non potuissent, in altera autem ii qui meditata scelera et cogitata patrassent.

Pars superior in quinque quasi gradus est distributa, inferior in quattuor, ita ut numerus expleatur novem orbium, adiecto uno.

T - Quid, magister, causae est cur non decem dixeris orbis, sed novem, adiecto uno?

M - Miror te esse oblitum, quod semel atque iterum vos monui, multum Dantem tribuisse huic numero, qui cum ex eo numero efficeretur quo « Trinitas » exprimeretur, ei et perfectus et plenus et absolutus videbatur. Adiunxi autem « unum », quod hic numerus Dei quasi imago quaedam sit.

Superior pars inferorum locorum continet « *Orci vestibulum* » ubi in aeternum currunt, muscis et vespis extimulati, qui vitam « sine infamia et sine laude », non quasi homines sed quasi res, degerint.

Sequitur Acheron fluvius, quo traiecto, in secundum quasi gradum Inferorum pervenitur qui nuncupatur « Limbus ».

Ibi, oppido quodam inclusi, in secreta sede habi-

degli Angeli precipitato dal cielo, quella parte della terra, nella quale stava per cadere, per non esser toccata da tanto orrore, sprofondò in profondo baratro, sì che venne a formarsi una voragine, nella quale Dante ha collocato la sede dell'Inferno.

Tullio - Qual'è la forma di quella voragine?

P - A guisa d'imbuto o di cono.

T - Strano! Da che parte è rivolto il vertice?

P - Verso il centro della terra, dove tutti i pesi tendono. Questo immenso baratro, il poeta lo divise in due parti; nell'una delle quali espiano la pena quelli che non poterono frenare le passioni, nell'altra quelli che commisero premeditatamente il male. La parte superiore si divide in cinque gironi; quella inferiore in quattro, in modo che si compia il numero di nove cerchi, più uno.

T - Perchè, professore, non ha detto dieci gironi, ma nove più uno?

P - Ti sei forse dimenticato ciò che più volte vi ho detto, che, cioè, Dante dava grande importanza a questo numero, il quale, derivando da quello con cui si simboleggia la Trinità, gli pareva perfetto e fatidico? Aggiunsi poi « l'uno » che è quasi l'immagine di Dio.

La parte superiore dell'Inferno comprende il vestibolo, nel quale stanno quelli che passarono la vita « senza infamia e senza lodo », atrocemente punzecchiati da mosconi o da vespe.

Segue il Fiume Acheronte, passato il quale, si giunge al secondo cerchio che si chiama « *Limbo* ».

Quivi, chiusi in una specie di castello, hanno eterna

tant praeclarissimi antiquitatis viri, qui cum verum Deum novisse nequiverint, in perpetuum desiderio tantum videndi Dei excruciantur.

Secundo, ut ita dicam, orbe, vehementi ventorum turbine correpti atque exagitati, ii poenas solvunt qui libidinibus nimium indulserint; tertio, luto demersi, assiduaque pluvia verberati, helluones ventrique tantum explendo nati; quarto avari atque prodigi, qui, Dei iussu, ingentia saxa pectoribus volvunt, quinto denique turbidis aquis paludis Stygiae depressi, iracundi et desidiiosi poenas expendunt.

Hinc altera *Inferorum* pars incipit.

In sexto orbe, heretici exquisitissimo supplicii genere afficiuntur, quippe qui in inflammatis sepulchris inclusi iaceant.

Septimo autem orbe, quattuor impiorum genera continentur, ita ut primo ferventi sanguine Phlaegetontis fluvii demersi plus minusve prout gravitas poenae exostulet, ii inveniantur qui vi atque insidiis in aliorum seu vitam seu res grassati sint, dein, in stirpes conversi, qui sibi mortem consciverint nec non, rabidis canibus exagitati, qui rem familiarem profuderint, tum, ignea pluvia conflictati et verberati, qui in vita contumeliose maledictis in Deum invecti sunt; ambulat, denique, eadem pluvia atrociter excruciat, suum quisque gregem servans ii qui legem naturae infregerint, cum qui naturae artem violaverint, in extremo orbe consistentes, ignes ex alto decedentes excipiant.

Octavus regni Ditis orbis singularis ex ceteris est, quippe qui in decem, paene dixerim, fossas distributus, omnes fontes complectatur, qui dolo malo eos circumvenerint, qui ad tribuendam fidem nullo naturae vin-

sede i più eccellenti uomini dell'antichità, i quali, non avendo potuto conoscere il Vero Dio, sono tormentati dal desiderio di vederLo.

Nel secondo girone, travolti da un turbine di vento, scontano la lor pena quelli che s'abbandonarono alla passione carnale; nel terzo i golosi, immersi nel fango sotto una pioggia eterna; nel quarto gli avari e i prodighi che, per volontà di Dio, rotolano a forza di poppe enormi sassi; nel quinto gl'iracondi e gli accidiosi, sepolti nella palude Stigia.

Di qui comincia la seconda parte dell'Inferno.

Nel sesto cerchio gli eretici sono tormentati in sepolcri infocati.

Nel settimo vi sono quattro specie di dannati e cioè: prima i violenti contro altrui, nella vita o negli averi, immersi nel sangue bollente del Flegetante, più o meno a seconda della gravità della pena; poi, tramutati in sterpi, quelli che usarono violenza contro sè stessi, nonchè, lacerati da cagne rabbiose, quelli che dilapidarono le loro sostanze; in terzo luogo, sotto una pioggia di fuoco, stanno immoti, sdraiati, gli empì che fecero violenza a Dio; in quarto luogo, infine, sotto lo stesso martirio, divisi in gruppi, camminano i violenti contro natura, mentre i violenti contro arte, siedono sull'orlo estremo del cerchio.

L'ottavo cerchio è singolare, perchè, diviso in dieci bolge, comprende i peccatori che usarono la frode contro chi non si fida; cioè ruffiani, adulteri, adulatori, simoniaci, indovini, barattieri, ipocriti, ladri, consiglieri di fro-

culo traherentur. Quo in genere, lenones, moechi, assentatores, divinarum rerum mercatores, harioli, fraudatores, simulatores, fures, suasores fraudis, seditionum auctores, falsarii cuiusvis generis sunt.

Extremo in orbe, in glacie infixi, meritas scelerum quae admiserint, poenas solvunt ii qui vel hospites vel propinquos vel patriam vel Imperatorem vel Deum ipsum prodiderint.

Nunc si ad ingenium poetae doctrinaeque magnitudinem respicimus, quis eo reperiri potest aut mentis acie praestantior aut interioribus reconditioribusque litteris eruditior?

Omnia enim ita ponit ante oculos ut non legere sed coram manifesto res intueri videamur.

Cur hoc opus tam praeclarum tamque illustre non latine ediderit si quis rogaverit, duplici poetam causa ab hoc proposito revocatum esse facile respondeas: primum quod latina lingua et eloquentia ei non videretur talem ad mentis sensa exprimenda vim habere qualem cuperet, deinde quod animadverteret suae aetatis litteratis viris rhythmos esse magis acceptos quam carmina ad metricae artis rationem composita. Sed quantam in iis rhythmis exarandis elegantiam quantam in comparationibus dignitatem servaverit, quantumque in omni re decorum, facilius cum legeris animo concipias, quam verbis exprimas. Equidem numquam fieri posse arbitror ut quisquam alius existat qui in hoc poeticae artis genere Dantem superet. Poëma coepit Dantes conscribere anno aetatis suae primo et vigesimo; intermissumque saepius vel reipublicae negotiis vel calamitatibus, quibus et multis et magnis per omnem fere aetatis suae cursum est conflictatus, Ravennae edidit per intervalla temporum

de seminatori di discordie, e falsari d'ogni genere.

Infine, nell'ultimo cerchio, conficcati nel ghiaccio, sono puniti i traditori dei parenti, degli ospiti, della Patria, di Dio e dell'Imperatore.

Riguardo alle virtù di poeta e di pensatore, nessuno lo superò per ingegno, nessuno per dottrina.

Tutto egli descrive in modo che ci sembra non di leggere, ma di vedere le cose vive sotto i nostri occhi.

Perchè egli non abbia scritto quest'opera tanto illustre e tanto celebre in lingua latina, se ne può dare doppia ragione.

Prima di tutto, perchè la lingua latina gli sembrava non avesse quella forza d'espressione che egli desiderava, poi perchè ben capiva, che la poesia volgare era maggiormente gradita ai signori del tempo suo, che non i carmi scritti secondo le leggi della metrica classica. Ma quanta finezza nel comporre i suoi versi, quanta nobiltà nelle comparazioni, quanto decoro in tutto abbia sempre osservato, più facilmente può sentirlo chi legga che non esprimersi a parole. Io ritengo che nessuno mai vi sarà che, in questo genere di poesia, possa superare Dante. Cominciò a comporre il suo poema a ventun anno, e, interrottolo per le sue occupazioni politiche e per le sventure nelle quali incorse, lo pubblicò a Ra-

ab anno millesimo trecentesimo octavo S. N., usque ad extremum vitae tempus. Quin etiam sunt qui censeant, extremam poematis partem, quae «Paradisus» inscribitur, post poetae tantum interitum, in lucem datam esse.

QUAESTIONES

- 1) *Quo anno Dantes natus est?*
- 2) *Qua in urbe?*
- 3) *Cuius puellae amore Dantes potissimum arsit, antequam Gemmam de Donatis uxorem duxit?*
- 4) *Abstinitne Dantes a re civili et a publicis negotiis?*
- 5) *Cui proelio interfuit?*
- 6) *Quo anno?*
- 7) *Quod in collegium cooptatus est?*
- 8) *Quid causae fuit cur Dantes in exilium pelleretur?*
- 9) *Quo crimine insimulatus?*
- 10) *Quomodo exsul vitam sustentavit?*
- 11) *Quo anno excessit de vita? Quo morbo absumptus?*
- 12) *Quae eius opera vulgari sermone conscripta? Quae latine?*
- 13) *Quae fuit causa descensus Dantis ad Inferos?*
- 14) *Quae structura et dispositio Inferorum?*
- 15) *Quot genera impiorum quaeque poenae?*
- 16) *Quo temporis spatio poeta opus suum confecit?*

venna a cominciare dall'anno 1308. Pare che il Paradiso sia stato dato alla luce solo dopo la morte del poeta.

DOMANDE

- 1) *In che anno nacque Dante?*
- 2.) *In che città?*
- 3) *Qual fanciulla Dante particolarmente amò prima di sposare Gemma Donati?*
- 4) *S'astenne Dante dalla vita politica?*

- 5) *A che battaglia partecipò?*
- 6) *In che anno?*
- 7) *Quale carica ricoprì?*
- 8) *Per qual motivo Dante fu cacciato in esilio?*

- 9) *Sotto quale accusa?*
- 10) *Come visse in esilio?*
- 11) *In che anno morì? Per quale malattia?*

- 12) *Quali sono le opere sue in volgare? Quali in latino?*
- 13) *Quale fu la ragione della discesa di Dante all'Inferno?*
- 14) *Qual'è la struttura e la disposizione dell'Inferno dantesco?*
- 15) *Quante le specie dei dannati, quali le pene?*
- 16) *In quanti anni il poeta portò a termine l'opera sua?*

PARS ALTERA



IN VITA

SECONDA PARTE



NELLA VITA

I.

Surrectio matutina

Mater - Iam luciscit, pueri, hora ad praescripta munera surgendi est!

Decius - Quam gravatos somno, mater mea, hodie mane oculos habeo, quasi nunc primum somnum ceperim!

M - Haud mihi ignota haec tua cantilena! Exsurge! exsurge! Tempus dum loquimur currere properat!

Petrus - Quam multo mane hodie nos excitasti!

M - Quid ais? Nonne te pudet? Iam sol ad meridiem fere vergit. Ex stragulis exsilite, dormitores! Ecce recentes subuculae!

D - P - Cedo, mater; ecce! Dicto citius induimus. Ubi tunicae excubitoriae?

M - Properate in cellam comatoriam; aqua calida et frigida in promptu est.

P - Ubi lintea quibus me extergeam?

M - Accipe et quam primum te expedi!

D - P - Iam loti et compti sumus.

P - Quam vestem hodie vis induamus?

I.

Levata mattutina

Madre - E' già giorno, ragazzi, è ora di alzarsi per adempiere ai vostri doveri!

Decio - Come mi sento gli occhi pesanti stamani, mi pare di essermi addormentato ora!

M - Conosco questo tuo ritornello! Alzati! alzati! Mentre si parla il tempo passa.

Pietro - Come ci hai svegliato presto stamani!

M - Che dici! Non ti vergogni! Il sole s'avvia quasi a mezzogiorno, fuori dalle coperte, dormiglioni! Eccovi la camicia pulita!

D P - Daccela, mamma! Ecco, ce la siamo infilata più presto di quel che non si dica. Dov'è l'accappatoio?

M - Spicciatevi ad andare nel bagno, è già pronta l'acqua calda e fredda.

P - Dove sono gli asciugamani?

M - Prendi e spicciati!

D - P - Ci siamo già levati e pettinati.

P - Che vestito vuoi che ci mettiamo?

M - Quid rogitas moleste? Eam quam soles feriatis diebus.

D - Noli irasci, mater, si quid te rogavero!

M - Quid?

D - Velim sinas me hodie femoralia induere!

M - Unde hoc novum?

D - Convenit inter me et sodales meos ut hodie post meridiem nos exerceamus in palaestra, cum iam prope instent « Agonalia ».

M - Cui certaminis generi interesse in animo habes?

D - Pugillatus certamini.

M - Insanis, fili mi! Quid iuvat colaphis vapulare?

D - Nihil quidem, sed adversario impingere, id iuvat.

M - Nonne poteris tibi eligere aliud ludendi genus?

D - Poteram, sed hoc lusu maxime delector.

M - Iam secunda semihora est, coffea potio cum lacte iam dudum parata. In cenaculum transeamus ad ientaculum sumendum.

P - Cedo mihi panem cum butyro!

D - Ecce, sume quantum libet!

M - Properate; ruit hora! Periculum est ne, cum ad scholam perveneritis, non admittamini!

D - *P* - Nihil est quod domi diutius commoremur: iam parati sumus ad scholam ire! Vale, mater!

M - Che vai domandando, o noioso? Il solito di tutti i giorni!

D - Non ti farà dispiacere, o mamma, se ti chiederò un favore?

M - Che cosa?

D - Vorrei che tu oggi mi permettessi di mettermi i pantaloni corti.

M - Che idea è questa?

D - Abbiamo fissato coi miei amici di allenarci oggi in palestra, perchè si avvicinano gli « Agonali ».

M - A che specie di gare hai intenzione di partecipare?

D - A quella di pugilato.

M - Sei pazzo! Che gusto ci trovi a prender dei pugni?

D - Nessun piacere, ma a darli, sì.

M - Non potevi scegliere un'altra specie di gara?

D - Potevo, ma questo sport mi piace più di tutti.

M - Son già le sette e mezzo; il caffè e latte è pronto. Passiamo in sala da pranzo a far colazione!

P - Dammi il pane col burro!

D - Prendine quanto vuoi!

M - Spicciatevi; è tardi, c'è pericolo che non siate ammessi a scuola.

P D - Non c'è ragione di trattenerci. Siamo già pronti per andare a scuola! Addio mamma!

II.

Ludus chartarum

Franciscus - Salve, Marine, ut vales? Cur tam obductam frontem geris? Quo iter tibi?

Marinus - Ipse nescio; quo pedes ducunt! Cum pertaesum esset domi manere, quamquam asperum et rigidum coelum est, relaxandi animi causa exii.

F - Quid, si apud Hortensium nos conferamus?

M - Quam longe hinc abest?

F - Proxime.

M - Si ita res habet, eamus!

Hortensius - Salvos vos venisse gaudeo! Quam prospere evenit quod tam foeda tempestate me convenistis! Possumus chartis ludere, cum etiam Servius et Rolandus adsint.

Omnes - Optime!

F - Ludamus igitur, sed non possumus nisi quatuor ludere; quinque sumus; sortiamur quis debeat spectator adsidere!

Servius - Nihil opus sortitione; ipse spectator esse cupio.

F - Nihil tale; nemini facienda est iniuria; nolo cuiusquam voluntati aut arbitrio id subiectum esse; res ita sorti committatur, ut cui primo rex obvenerit, is spectator sedeat et si quid inciderit controversiae, iudex advocetur.

S - Esto ita, quemadmodum dixisti! Assigna folia!
(*Assignantur folia*).

H - (*Distribuens folia*) Hoc est tuum, hoc Francisci, hoc Marini, hoc tuum, Rolande!

II.

Giuoco delle carte

Francesco - Buon giorno Marino, come stai? Perchè sei serio? Dove sei diretto?

Marino - Non lo so nemmeno io! Essendomi annoiato di stare in casa, uscii per distrarmi, quantunque il tempo sia brutto.

F - Che diresti se andassimo da Ortensio?

M - Quanto abita distante di qui?

F - C'è poco.

M - Allora, andiamoci!

Ortensio - Ben venuti! Avete fatto proprio bene a venire, in un giorno così brutto! Possiamo fare una partita a carte, dato che c'è anche Servio e Rolando.

Tutti - Benissimo!

F - Giochiamo dunque; ma non possiamo giocare se non in quattro e noi siamo in cinque; tiriamo dunque a sorte, chi debba fare da spettatore.

Servio - Non c'è bisogno di sorteggio; desidero fare io da spettatore.

F - Niente di ciò; non bisogna fare ingiuria a nessuno; non voglio che questo dipenda dalla volontà nostra, affidiamoci alla sorte, in modo che, colui al quale tocchi il primo re faccia da spettatore, e da giudice se capiterà da discutere.

S - Va bene! Da' le carte (*si distribuiscono le carte*).

O - (*Distribuendo le carte*) Questa a te, questa a Francesco, questa a Marino, e questa è tua, Rolando!

M - Tibi rex obvenit, Rolande; vehementer gaudeo te spectatorem potius esse quam collusorem!

R - Bona verba, quaeso! Cur istud dicis?

M - Quia es in ludendo admodum vafer et cavillator; quin etiam aiunt te artem componendi folia tenere, prout tibi expediat.

R - Sine fraude ulla ludere consuevi, sed imperitia tua fit, ut persaepe colludendo mecum inferior discedas, ut non dicam id tibi vitio tribui posse, quod simulac pauxillum pecuniae lucratus es, soles collusores deserere quasi tibi ludere idem sit atque eludere.

F - Non est tempus iurgandi, sed ludendi. Scopis ludamus!

S - (*ad Franciscum conversus*) Cum bini simus collusuri, ego quippe qui hoc ludendi genus parum calleam, adhaerebo tibi socius, quem audivi peritissimum esse et callidissimum.

M - Causa non est cur sibi quisquam socium eligat; omnia, mea quidem sententia, sorti sunt committenda.

S - Quomodo?

M - Ii quibus primis pedites obvenerint, collusores sunt.

S - Non adversabor quominus ita fiat. Distribuantur folia!

M - Ego et Servius, quippe quibus primi pedites obvenerint, ab eadem stabimus parte; tu, Servi, cum Francisco contrarias partes tuebimini! Ipse folia adsignabo.

M - Misce antea probe, atque cave ne ullum sit folium quod notam habeat qua possit adgnosci. A sinistra in dexteram distribue!

M - Il re è toccato a te, Rolando, son lieto che tu sia spettatore piuttosto che compagno di gioco!

R - Parla meglio! Perchè dici così?

M - Perchè nel gioco tu sei assai scaltro e puntiglioso, anzi si dice che tu possiedi l'arte di mettere insieme le carte, secondo quel che ti conviene.

R - Ho l'abitudine, invece, di giocare senza inganni; dipende dalla tua imperizia, se spesso giocando con me hai perduto; del resto tu hai il brutto vizio che appena ti riesce guadagnare un po' di soldi, lasci il gioco, come se per te giocare volesse dire ingannare.

F - Non è tempo di litigare ma di giocare! Giochiamo a scopa!

S - (*Volgendosi a Francesco*) Dato che bisogna giocare due contro due; io, siccome sono poco abile in questo gioco, sarò tuo compagno, perchè ho sentito dire che tu sei assai esperto.

M - Non c'è motivo che alcuno si scelga il compagno; bisogna, secondo il mio parere, rimettere tutto alla sorte.

S - Come?

M - Quelli a cui toccheranno i due primi fanti giocheranno insieme.

S - Non faccio nessuna difficoltà. Si distribuiscano le carte!

O - Io e Servio, siccome abbiamo avuto i primi due fanti, saremo compagni; tu, Servio, insieme a Francesco sarete gli avversari. Darò io stesso le carte.

M - Mescolale per bene, e bada che non ce ne sia qualcuna segnata, in modo da potersi riconoscere. Dalle da sinistra a destra!

H - Nullis egeo monitoribus; singulis novena folia dabo; quattuor reliqua detecta in media tabula depenam ut eorum sit copia, quibus fortuna faverit.

Tuae, Marine, qui ad dexteram mihi adsides primae sint partes!

M - Quae erit sponsio?

H - Quaternae libellae in singulas lusiones!

F - Sensim, sensim, amice mi! Tantillum exaggerare mihi videris! Non esset lusus is sed insania, si tantum argenti in periculum veniret, quomodo posses delectari, anxius ne tanta pecunia tibi periret? Singulae librae satis erunt in singulas lusiones, ut unusquisque nostrum spondeat quartam librae partem.

M - Optime censes! Nam ita nec nihil ludemus, quod est insipidum, nec quod doleat si amiseris, quod est acerbum.

S - Habetisne singuli novena folia?

(Incipit ludus).

H - *(ad Servium)* Quo fit fato ut folia, non ut ars postulet, sed ut sors dederit iacias, quasi persuasum habeas nihil interesse quid prius quid posterius in tabulam deicias? Nescisne regulas «Chitarrellae»? in primis par pari tollere; tum ne hebdaes impares fiant; dein denarios quam plurimos capere, denique retia adversariis tendere ut omnia folia quae sint in tabula verrere possis in tuamque struem congerere.

S - Cum tua bona venia, id ipsum facere mihi videor!

H - Ut videris? Iam adversarii trinis scopis potiti sunt.

O - Non ho bisogno di suggeritori; darò a ciascuno nove carte; le altre quattro staranno scoperte in mezzo alla tavola. Tu, Marino, che siedi alla mia destra, gioca per primo!

M - E la posta?

O - Quattro lire per ogni partita.

F - Piano, piano, amico mio, mi sembra che tu esageri un poco! Non sarebbe più un gioco, ma una follia, se s'arrischiasse tanto denaro; come potresti divertirti, nell'ansia di perdere una somma così forte? Basterà una lira per partita, in modo che ciascuno di noi metta come posta la quarta parte di una lira.

M - Ben pensata! Così, infatti, nè avverrà che giochiamo di nulla, il che sarebbe sciocco, nè arrischiere una somma che possa rincrescere di perdere, il che sarebbe doloroso.

S - Avete tutti nove carte?

Tutti - Sì.

(Comincia il gioco).

O - (*A Servio*): Perchè butti le carte a caso, come se tu fossi convinto che non importa nulla badare a quel che si gioca prima o dopo? Non conosci le regole di « Chitarrella »? « Prima di tutto prendere carta uguale con carta uguale; poi non spareggiare i sette, in terzo luogo prendere più denari che si può, quarto, trarre in inganno l'avversario in modo da poter portar via tutte le carte in tavola e metterle nel tuo mucchio.

S - Mi sembra, se ti piace, di farlo!

O - Ma come lo fai, se già gli avversari hanno fatto tre scope?

S - At nos quinque folia denariis insignita conges-
simus!

R - Favete linguis! Prima lex «Chitharrellae»: « ne
quis loquatur »!

(*Luditur*).

M - (*Postremum folium demittens*) Regem re-
ge aufero; simulque quae supersunt in tabula folia.
Ineamus rationem! Unum et viginti folia conges-
simus: ex quibus tria tantum denariis insignita: septem quod
« pulcrum » dicitur, in nostra potestate est: duo puncta
igitur assecuti sumus. Nunc, ultra pars numero senionum
et ebdadon praestet videamus! Nos, ut mihi videtur
« primaria » nostra est.

Igitur, si haec tria puncta reliquis quae iam tulimus
adiunxeris, undecim punctorum summa expletur. Su-
periores sumus; quod spondidistis persolvite!

H - Semper aequo animo ferendum est quod iniqua
sors tulerit; igitur producere ludum non cupio. Om-
nium rerum facile fit satietas, voluptatum quoque; ut
me sedendo iam defatigatum esse non dicam. Adsur-
gamus, foliaque valere iubeamus! Alias acceptam cla-
dem vobis reddam.

R - Cape fidiculas, et aliquid nobis cantilla!

H - Quid?

R - Quod libet!

H - Quid, si cantiunculam illam cuius initium est
« Ocelle mi »?

Plurimas adfer rosas!

Quam plurimas!

Adfer quae sint spinosae!

Pectus ad meum premam,

Quasi adhaerentem te.

S - Ma noi abbiamo già fatto cinque denari!

**R - State zitti! La prima legge di « Chitarrella »
è: nessuno parli!**

(Si gioca).

M - (Buttando l'ultima carta) Prendo il re con il re e, insieme, le rimanenti carte. Facciamo il conto: abbiamo fatto ventuna carta, delle quali tre soltanto di denari; il sette bello è nostro. Abbiamo già due punti. Vediamo ora chi ha la primiera. Noi, mi sembra! Pertanto, se s'aggiungono questi tre punti agli altri otto che abbiamo fatto nelle altre mani, si raggiunge la somma di undici punti. Abbiamo vinto; pagate la posta!

O - Bisogna rassegnarsi; però non ho più voglia di giocare; perchè di tutto ci si sazia, anche dei piaceri, ed io son già stanco di stare a sedere. Alziamoci dunque! Mi rifarò un'altra volta!

R - Prendi il mandolino e cantaci qualche cosa!

O - Che cosa?

R - Quel che ti pare!

O - Quella canzone che comincia:

Amore amor!

Portami tante rose!

Ancora un po'!

Scegli le più spinose:

Le stringerò al mio cuor,

Si amore tuo destituor,
Quid vivere moror?
Ocelle mi! ocelle mi!
Quid vivere moror?

Canere incipiunt; maiores cadunt de montibus umbrae.

III.

Inspectio aedium

Caesar - Estne tibi familiaritas cum harum amplarum atque splendidarum aedium ero?

Florus - Est; quin etiam pater meus quam familiarissime eo utitur.

Vitruvius - Quid, si has aedes visamus?

C - Euge! Probo! Visamus si nihil est quod obstet.

Ostiarius - Quis pulsat?

F - Ego adsum!

O - Salve! honestissime adulescens, tecumque omnes quos adfers honestissimos adulescentulos salvere iubeo. Quae causa fuit huc veniendi?

F - Has aedes visere vehementer hi qui adsunt mei comites cupiunt, cum saepius ex me audiverint operae pretium esse eas convisitare. Licetne?

O - Licet neque quicquam gravabor vobis dux et quantum possum demonstrator esse. Sequimini!

In hoc vestibulo ad parietes adfixas multas videre licet tabulas easque artificum qui multam in pingendi arte laudem sunt assecuti.

V - Quasnam, quaeso?

Quasi stringessi tu
Se tu mi lasci, amor,
Cosa sarà di me?
Amore, amor!
Cosa sarà di me?

(Cominciano a cantare; tramonta il sole).

III.

Visita ad un palazzo

Cesare - Conosci il padrone di questo magnifico palazzo?

Floro - Lo conosco, dato che mio padre è in ottimi rapporti con lui.

Viturio - Che diresti se lo visitassimo?

C - Andiamoci, se niente ce lo impedisce.

Portinaio - Chi busca?

F - Sono io!

P - Salve, signorino, e salute anche ai suoi compagni; quale è il motivo della vostra visita?

F - I miei compagni desiderano molto di visitare questo palazzo, perchè hanno sentito dire che lo merita. Si può?

P - Sì! Seguitemi! E non mi dispiacerà di farvi da guida. In questo vestibolo ci sono molti quadri di illustri autori.

V - Quali di grazia?

O - Convertite oculos in illam quam adversam habetis tabulam! In ea Cleopatra est, admotis anguibus ad pectus, sese interficiens. Contra respondet Mucius Scaevola iniecta dextera foculo ad sacrificium accenso; adiacet ei tabula in qua effictus est Horatius, qui, caesis hostibus, victoriaque patriae donata, sorori obvius fit, quae eum obiurgat quod sponsum sibi interemerit.

C - Suntne hae tabulae ipsius auctoris manu depictae annon?

O - Minime quidem, sed satis clarorum artificum, qui ex exemplaribus ipsis eas descripserunt. Nunc operae pretium est sacellum harum aedium visere, ubi res divina agitur.

V - Quam mirum opus tectorium! Quis confecit? Quam festivum quamque expressum est! Quamquam in hoc artificii genere perquam exiguum sapio, tamen quo magis intueor eo magis delector!

O - Adiudicandum hoc tectorium opus videtur cuidam superioris saeculi clarissimo pictori; in praesentia nomen me fugit; si meminero dicam. Miro quodam artificio Christus effictus atque expressus est, dum iniquo crimine damnatus cruci affigitur. Animadvertite militem illum ad crucis dexteram partem stantem: spirans videtur, sed quanta atrocitas animi, quanta saevitia ex eius vultu eminet!

Contra Christi habitus quam pacatus vel in maximis cruciatibus!

Hac adiri potest bibliotheca, cuius fenestrae altera admittit orientem solem, occidentem altera retinet, ex qua subiacens mare prospici potest.

C - Qua quiete ac laetitia hic animos affectos sen-

P - In quel quadro di fronte, come vedete, è rappresentata Cleopatra nell'atto che si uccide avvicinando al petto i serpenti. Dall'altra parte, corrisponde M. Scevola che tiene la destra sul fuoco per il sacrificio, e accanto è dipinto Orazio il quale, uccisi i nemici e data la vittoria alla patria, s'incontra con la sorella che lo rimprovera per averle ucciso il fidanzato.

C - Sono originali queste pitture o no?

P - No davvero! Ma sono copie dovute alla mano di eccellenti artisti.

Ora vale la pena di visitare la cappella dove si dice la Messa.

V - Belli questi affreschi! Chi li ha fatti? Quanto sono vivi, quanto espressivi! Per quanto io m'intenda ben poco di arte, tuttavia più li guardo e più mi piacciono.

P - Sembra che debbano attribuirsi ad un pittore del secolo passato; non mi ricordo il nome; si rappresenta in questo affresco la Crocifissione di Cristo. Osservate quel soldato che è a destra della Croce; quanta ferocia, quanta crudeltà spira dal suo volto! Al contrario, l'espressione di Cristo, quanto è serena, anche in mezzo ai tormenti più atroci!

Di qua si può passare nella biblioteca, delle cui finestre, l'una è volta ad Oriente l'altra accoglie il sole al tramonto fino agli ultimi raggi; da questa si può vedere il mare sottostante.

C - Che pace! Che gioia prova qua dentro l'animo!

timus, quam libeat hic otium cum litteris agere, omnibus circa et natura et rebus adridentibus!

O - Contemplamini, quaeso, quae sit librorum copia, quamque scite in pegmatum forulis dispositi! Hic audiui codices vel vetustissimos asservari, nec non, nescio quae incunabula.

F - Quinam hi codices? Quaenam incunabula sunt?

O - Rudis sum litterarum; adi, sis, librorum indicem in schedulas digestum!

V - Vergili opera, typis officinae Aldinae impressa; perrarum quidem opus et maximi pretii; quam libenter evolvam!

C - Volumen illud tam venuste conglutinatum et in caesuris inauratum, cuius auctoris opera continet? Cedo scamnum; nam hinc nihil discernere valeo; hebetiore oculorum acie utor: tam longe non video!

Torquati Taxi opus est; « Ierusalem in libertatem vindicata » imaginibus singulari opere artificioque descriptis instructum atque exornatum.

O - Cave, o bone, hoc volumen de manibus tibi excidat!

C - Noli timere!

O - Solet erus, quo ingenuarum artium studio flagrat, multam diei partem in hac bibliotheca consumere; interdum etiam noctis. Licet in mensa scriptoria nonnulla videre opera ab eo vel perfecta vel inchoata.

C - Miror eum, qui opibus et divitiis affluat, in nugis his atque ineptiis tempus terere, a quibus ipse tam libenter abstinerem!

Quantum praestat in sole et in luce deambulare, curis omnibus sollicitudinibusque vacuos et liberos!

Qual piacere è tranquillamente passare il tempo negli studi mentre tutto intorno sorride!

P - Osservate che ricchezza di volumi, e come bene siano disposti negli scaffali! Ho sentito dire che in questa biblioteca si conservano codici anche antichissimi, e non so quali incunabuli.

F - E quali sono questi codici? Quali gli incunabuli?

P - Non m'intendo di lettere; consulti se vuole lo schedario!

V - Ecco le opere di Virgilio, nell'edizione Aldina, volume rarissimo e prezioso. Lo sfoglierei volentieri.

C - Quel volume così ben rilegato e dorato nei tagli cos'è? Dammi uno sgabello, perchè di qui non ci vedo bene. E' la Gerusalemme liberata, illustrata.

P - La prego, stia attento che codesto volume non le cada di mano!

C - Non aver paura!

P - Il mio padrone è solito passare in questa biblioteca gran parte del giorno, talvolta anche della notte; si possono vedere sulla scrivania alcune opere incominciate e altre finite.

C - Mi meraviglio che lui così ricco, perda il tempo in queste cose così poco interessanti, delle quali io tanto volentieri per conto mio, farei a meno. Quanto è meglio andare a passeggio senza preoccupazioni!

O - Si deambulare cupitis, licet in agrum consaeptum descendere, quibus circumdatae sunt aedes!

Omnes - Agedum! Commonstra viam, nihil optabilius promittere poteras!

(Descendunt in agrum consaeptum).

V - Haec ambulatio quam amoena! Quam virentia prata! Quanta omnium florum varietate distincta atque ornata!

Quam laeta otia discumbentibus tam procerae arbores promittere videntur! Qui nitor huius marmorei labri ex quo aquae exsistentes circumiectas areolas dulci lenique rore conspergunt!

F - Animadvertite quam belle quam festive aqua ex Satyrorum Nereidumque oribus in extremo subsidentium labri orbe decidens, varios admiscens colores micet, radiis solis ad occasum vergentis verberata! Eterim alias fit ut claro sit rubra pyropo, alias nescio quo pacto inter curalium videtur virides miscere smaragdos.

O - At nondum vidistis id quod maxime, mea quidem sententia, in hoc consaepto agro spectandum est!

Omnes - Quid istud? Magnam nobis huius rei visendae expectationem movisti!

O - Theatrum dico, quod viridia ipsa efficiunt!

Omnes - Quam longe hinc est?

O - Quam longe? Miror quod ex me id quaesistis! In oculis habetis!

Omnes - Nos fugerat. Nunc satis recte conspiciamus vel potius cogitatione et animo nobis depingimus: viridia ipsa et caveam et scaenam efficiunt. Aguntur etiam nunc hic fabulae?

O - Iam diu ab hac consuetudine discessum est; nunc viridaria ipsa per se spectaculo sunt, non vocibus

P - Se vi piace passeggiare, perchè non scendiamo nel parco che circonda il palazzo?

Tutti - Andiamo! Che buona idea!

(Scendono nel parco).

V - Quanto è ameno questo viale! Come son verdi i prati e adorni di fiori! Come sono alti gli alberi! Che splendore questa vasca dalla quale l'acqua si riversa e ristora coi suoi spruzzi le sottoposte airole!

F - Guarda come brilla l'acqua, che zampilla dalla bocca dei Satiri e delle Nereidi che siedono sull'orlo della vasca, sotto i raggi del sole che volge al tramonto! Infatti avvien talora che sia più rossa del piropo, tal'altra, non so per quale fenomeno, sembra che mescoli verdi smeraldi al corallo.

P - Però non avete ancora visto, ciò che vi è di più interessante in questo parco!

Tutti - Che cosa? Ci hai messo in una grande curiosità!

P - Intendo dire il teatro formato di piante!

Tutti - E' lontano di qui?

P - Lontano? Strano che me lo domandiate! Non l'avete ancora visto? E' davanti ai vostri occhi!

Tutti - Non ci avevamo fatto caso! Ora lo vediamo bene, o meglio ce lo raffiguriamo. Teatro e palcoscenico è formato dalle piante stesse. Ci si rappresenta ancora?

P - E' un pezzo che i padroni di questo palazzo hanno abbandonato l'abitudine dei loro antenati. Ora

et clamore resonant, sed religione et vetustate tantum animos movent; silentio et memoria loquuntur.

C - Aspiciate occidentem solem! Videntur aequora quasi incendio quodam conflagrare. Nihil dulcius, nihil suavius, nihil quod tantum animos mulceat eosque ad sensum contemplationemque Dei extollat in natura rerum inveniri potest!

(Audiuntur sacra aera proximae aedis Sanctae Mariae, raris ictibus pulsata. Advesperascit).

F - Sodales, diutius hic commorati sumus, iam tempus est domum redeundi! Gratias tibi agimus, humanissime ianitor; adhaerebit semper in animis nostris penitus infixam huius tam belle peracti diei memoria.

(Palmarum donato, abeunt).

IV.

Senis, ad portam Camolliam, adolescentuli spectant transitum eorum qui « Millies Millium » passuum autocinetis conficiendorum in certamen descenderunt.

Antonius - Heus, amice! Quomodo habes? Quam dudum hic exspectas?

Benedictus - Viginti fere puncta iam exspecto, sed ne odorem quidem motorum sensi.

A - Attamen haud multum temporis effluxerit, antequam primi transeant, nam per radiophonicam machinam modo nuntiatum est eos qui agmen ducunt per « Podium Bonitii » transisse. Dicitur, ratione temporis habita, Nuvolarius ceteros omnes praecedere quinque punctis horae.

il teatro è spettacolo a sè stesso; non muove più gli animi con voci e grida, ma parla solo col silenzio e coi ricordi.

C - Guardate il tramonto del sole! Sembra che la superficie del mare s'infiammi come d'immane incendio! Nulla di più soave, nulla di più attraente, nulla di più suadente all'animo e capace di elevarlo alla contemplazione di Dio, può immaginarsi!

(Si odono le campane della vicina Chiesa di S. Maria, battere a lenti rintocchi. Cala la sera).

F - Amici, ci siamo troppo trattenuti qua; è tempo di tornarcene a casa! Ti ringraziamo, cortesissimo portinaio; rimarrà sempre impresso negli animi nostri il ricordo di questo giorno così bene trascorso!

(Danno la mancia al portiere e se ne vanno).

IV.

A Siena, presso la porta Camollia, al passaggio delle « Mille Miglia »

Antonio - Ehi, amico, come va? Quanto è che aspetti?

Benedetto - Son già quasi venti minuti, ma fino ad ora non ho sentito nemmeno il puzzo di un motore; figuriamoci poi il rumore!

A - Eppure non trascorrerà molto tempo, prima che passino di qui i primi; infatti è già stato annunciato per radio che i primi son già passati da « Poggibonsi ». Si dice che Nuvolari sia avanti a tutti di cinque minuti.

B - Itane? Quam maxime gaudeo, nam ei unice faveo!

A - Ipse contra pro partibus Varti sto!

B - Nonne te pudet istud dicere?

A - Cur, quaeso?

B - Miror quod non audiveris eum pro exterae officinae signis contendere!

A - Cuius?

B - Eius quae « Auto-Union » nuncupatur.

A - Piget, quidem! Non audivi neque unquam credideram; tamen, non signo faveo, sed praestantissimo viro, qui merito « assis » qui dicitur artis ad autocineta regenda pertinentis habetur.

(Repente magni exaudiuntur clamores. Fit fremitus et tumultus).

Miles viatorius - Cedite! Cedite! Expedito itinere opus est; ne quis margines viae praetergrediatur!

B - Quod quidem ex motoris strepitu conici licet, transiturum est autocinetum parvo cylindrorum numero instructum!

A - Verisimile est, nam scriptum inveni in « Ephemeride Lusoria » autocineta minora prima dimissa esse.

Q - Aspice! Aspice! Quam perite et scite raedam motoriam in anfractu viae superando gubernavit!

T - Non tantum admirationi esse debet rectoris peritia, quantum machinae virtutes. Ex officinis « Fiat » exiit, unde mera portenta, sive ad instrumenta sive ad viros autocinetorum regendorum peritos respicias, semper exstiter. Quin etiam audivi hoc anno multa inventores et machinatores in melius mutavisse, praesertim in iis quae ad contabulationem attinent, quo stabilius

B - Davvero! Son proprio contento, perchè faccio il tifo per lui!

A - E io invece sto per Varzi!

B - Non ti vergogni?

A - Perchè?

B - Non sai che corre per una casa straniera?

A - Per quale?

B - Per la Auto-Union.

A - Mi rincresce! Non lo sapevo; e non l'avrei mai creduto, tuttavia io non parteggio per la marca ma per l'uomo, che non a torto è ritenuto un asso dell'automobile.

(Si sente ad un tratto un gran clamore. Tutti vogliono vedere; succede un po' di confusione).

Un milite stradale - Largo! Largo! Bisogna che il passo sia libero; nessuno oltrepassi i bordi della strada!

B - A quanto si può capire dal motore, sta per passare un'automobile di piccola cilindrata!

A - E' probabile; perchè ho letto nella « Gazzetta dello Sport », che le macchine di piccola cilindrata sono partite per prime.

Uno della folla - Guarda! Guarda! Come ha preso bene la curva!

Un altro - Non si deve ammirare tanto l'abilità del pilota, quanto i pregi della macchina. E' una « Fiat », fabbrica donde uscirono sempre meraviglie sia di macchine che di piloti. Anzi ho sentito dire che sono state apportate molte modificazioni, specialmente nello chassis,

vehicula atque fidentius inniterentur in via cursumque tenerent!

(Primum autocinetum praetervolat horrendum strepens).

B - Ecce! Ecce! Alterum supervenit proxime instans! Vide! Vide!, iam tenet.

(Fit horridus strepitus; autocinetum quod incitatiores cursu ferebatur, repente adactis frenis repugnare videtur, neque multum abest quin, saltu quasi in contraria facto, subvertatur. At dum erecti suspensique omnes in minime gratum spectaculum animos intendunt, rector vehiculi machinatorque rotam integram substituere aggrediuntur).

A - Videsne quam magna laceratio in pneumaticis sit facta!

B - Nisi fallor, attritu quem indicum gummi, cum rhaeda flectitur, sustinere et perferre debet, factum est ut fistula pneumatica rumperetur. Gratias Deo agere quam plurimas debent, qui tam gravi periculo sine ulla iactura evaserint!

A - Numquam credideram pneumatica extera tam facile rumpi posse!

B - Persuasum habeas velim, ea quae in Italia conficiuntur pneumatica, longe exterarum gentium praestare. «*Pirelli*» pneumaticis uti debent, qui primi volunt sine ullo periculo metam attingere!

A - Fave! Fave lingua! Satis fabularum! Exsere caput! Nuvolarius appropinquat!

B - Quomodo agnovisti?

A - Nonne vides rubrum illud autocinetum, quod ex tam multis certaminibus victor discessit nomenque Italiae tanta cum laude tutatum est?

in modo che le macchine tengano meglio la strada.

(Passa il primo automobile con grande strepito).

B - Ecco, ecco! Sopraggiunge la seconda macchina, che incalza da vicino; guarda! Già lo raggiunge!

(S'ode ad un tratto un grande strepito; l'automobile che veniva veloce, sembra riluttare all'improvvisa stretta dei freni e quasi sbanda. Ma mentre tutti in grande trepidazione volgono lo sguardo allo spettacolo poco piacevole, il pilota e il meccanico s'accingono a sostituire una rota).

A - Vedi che squarcio nelle gomme!

B - Se non m'inganno, l'attrito a cui la gomma è sottoposta quando la macchina curva, ha fatto sì che la camera d'aria scoppiasse. Devono ringraziare Dio se hanno potuto uscire senza danni da sì grande pericolo!

A - Non avrei mai creduto che le gomme straniere potessero così facilmente scoppiare!

*B - Sta sicuro, che quelle che si fanno in Italia, son di gran lunga preferibili a quelle estere. Le «*Pirelli*» debbono usare quelli che vogliono essere sicuri di arrivare alla meta!*

A - Zitto! Zitto! Sporgi la testa! S'avvicina Nuvolari!

B - Come l'hai riconosciuto?

A - Non vedi la macchina rossa che ha vinto tante gare, e ha difeso con tanto onore il nome d'Italia?

B - Quo numero distinctum est?

A - Quindecim, quamquam unicolor fere pulvere autocinetum factum est, satis distincte legi potest!

B - Ipse est! Vir omnium fortissimus in huiusmodi generis certaminibus! Numerus enim ei numero respondet quo in « Ephemeride Lusoria » legi autocinetum Nuvolari esse distinctum! Qua arte, qua peritia, vehiculum regit atque gubernat! Eum dixeris cum autocinetum unum idemque efficere corpus! Quid Vartium mihi narrabas! Nil cum Nuvolario habet!

A - Noli, quaeso, in laudando excedere modum! Etiam in studio partium aequa quadam mente utendum est! Memento etiam Vartium in hac regendi autocineta arte virum fortissimum se praebuisse, quippe qui semel atque iterum exterarum gentium vel praeclarissimos certatores superaverit!

B - Infitiari quidem non possum, sed et peritia et animo et audacia qua semper in certamina descendere solet, facere non possum quin Nuvolarium praeter ceteros omnes admirer!

Sed nihil est quod amplius de hoc disputemus nam id omnes consentiunt, et Nuvolarium et Vartium eos esse viros, quibus Itali confidere semper possint quotiescumque pro patriae nostrae laude et nomine decertandum erit. Sed nescio an animadverteris hunc, quem ad spectandum locum delegimus, non satis esse idoneum ex quo probe dignosci possit quantum automobilium ductores peritia valeant. Praestabat apud « Torrenieri » nos conferre ad certamen spectandum!

A - Qua de causa?

B - Che numero ha?

A - Quantunque la macchina a cagione della polvere sia diventata dello stesso colore, si può leggere abbastanza bene il numero quindici.

B - E' lui! Infatti corrisponde al numero che c'è nella « Gazzetta dello Sport ». Con che abilità guida! Si direbbe che lui e la macchina formino un corpo solo. Che mi venivi a dire di Varzi! Non ha nulla a che vedere con Nuvolari!

A - Non esagerare! Anche nel tifo non bisogna mica essere troppo spinti! Ricordati che anche Varzi è un campione nell'arte di guidare le automobili, perchè ha vinto più di una volta i più rinomati corridori esteri.

B - Non lo nego, ma per l'abilità, il cuore e l'audacia con cui gareggia, non posso fare a meno di ammirare Nuvolari sopra tutti! Ma non c'è ragione di disputare più a lungo di una cosa su cui tutti siamo d'accordo, che cioè Nuvolari e Varzi sono tali uomini in cui l'Italia può sempre confidare ogni qualvolta si dovrà combattere per la gloria della patria nostra! Questo posto, che abbiamo scelto, non è adatto a farsi un'idea esatta dell'abilità dei piloti. Sarebbe stato meglio andare nelle vicinanze di « *Torrenieri* » a vedere il passaggio!

A - Perchè?

B - Numquamne locum vidisti? Illic via per continuos anfractus ascendit, ut quasi per orbem quosdam circumagi videatur! ut possint vere, qui adsint, de autistarum peritia iudicare. Hinc, ubi sumus, parum vel nihil conicere licet.

A - Autocineti opus erat, si quis ibi in tempore certamini adesse voluisset.

A - Quantum me iuvaret, si raeda motoria, meo arbitrio, uti possem! Iam diu in animo habeo artem regendi autocineti discere, ut publice probatus, facultatem assequi possim huiusmodi machinas gubernandi.

B - Tesserulam publicae probationis assequi difficile quidem non est: raedam motoriam emere, ea difficultas!

A - Ipse in hac cogitatione quiesco, non omnia quae mala videantur, ea semper nocere; recte qui dixit « *saepe ex malo, quod videtur, bonum!* ».

Nulla enim fere dies praeterit quin de aliqua clade nuntius adferatur ad autocineta referenda. Praestat vitare periculum, quam imprudenter obire; nonne id mecum consentis?

B - Quod dixisti totum probare non possum, nam si omnes in hac sententia semper mansissent, quidnam homines profecissent? Nulla sunt incrementa nationum ubi virtus atque animus desit ad fortissima quaeque audenda; recordare ea quae noster Dux semper monet « alienum esse a via et ratione aetatis nostrae studium nimiae commoditatis et quietis, cum detrimento dignitatis coniunctum; meminerint lictorii viri; « in primis audere semper! ».

A - Sit sane verum; sed non video quid incrementi

B - Non conosci la località? Ivi la strada fa molte curve difficili, e sale a tourniquets. Perciò lì si vede davvero l'abilità del guidatore; ma qui dove siamo noi, si capisce poco o nulla.

A - Era necessaria un'automobile, per potere fare a tempo ad assistere alla gara.

A - Come mi piacerebbe avere un'automobile! Già da un pezzo penso di frequentare la scuola di guida, in modo da potere avere il permesso di guidare autoveicoli.

B - Non è difficile procurarsi la patente; comprare l'automobile, qui è il difficile!

A - Non tutto ciò che appare spiacevole nuoce; ben disse chi disse: « *Dal male il bene* ».

Non passa quasi giorno che non si legga nei giornali qualche sciagura automobilistica, è meglio evitare il pericolo che andargli incontro. Non ti sembra?

B - Non posso approvare quello che tu dici; infatti, se gli uomini fossero rimasti in codesta tua idea, qual progresso mai avrebbero fatto? Non c'è sviluppo alcuno di civiltà e di potenza di popolo, quando manca l'animo ad osare i maggiori rischi; ricordati dell'ammonimento continuo del Duce: «E' contrario all'indirizzo di vita dei nostri tempi l'amore per il quieto vivere, quando ne vada di mezzo la dignità; si ricordino i Fascisti di osare sempre! ».

A - Sia pur vero, ma non vedo quale incremento

humano generi huiusmodi certamina afferre possint.

B - Ludo an serio dicis? Tene fugere quantum ex his certaminibus utilitatis proveniat! Equidem miror! Nemo est quin videat ex hoc certaminum genere multos factos esse et fieri et futuros progressus in arte quae ad motorias raedas aedificandas attinet, sive ad firmitatem sive ad commoditatem respicis.

A - Quinam hi progressus?

B - In primis quod ad velocitatem attinet, sed et ad elegantiam et securitatem facile adiungere potes.

A - Quod ad securitatem et elegantiam pertinet, tecum consentio; eaque habeo et utilia et probanda, sed nimia velocitas, mea quidem sententia, plus üs detrimento quam utilitati est qui regunt!

B - Iam intellexi tecum de his disserere nihil aliud esse quam tempus et operam perdere!

A - Noli te nimium in hac re iactare! Inter omnes constat te esse in hac re quam maxime versatum! Attende! Aliud autocinetum transiturum est!

B - Quo numero distinctum? Quis rector? Cum hoc praeterierit nullum aliud expectare possum; nolim parentes mei de me solliciti sint!

A - Id recte tandem dixisti! Ego quoque desiderio cibi iamdudum laboro; mihi videre videor pullum gallinaceum scite assum me domum vocantem! Vide! Vide! Caracciola praeterit, qui vir aemulus Nuvolari proxime neque immerito habetur. Deus faveat Italicis coloribus! Utinam primi metam attingere Itali possint!

B - Hoc est in votis!

all'umano genere possan portare queste manifestazioni sportive.

B - Lo dici sul serio o per ischerzo? Come non accorgersi dell'utilità che da queste gare deriva! Me ne meraviglio! Si fa presto a capire che, in conseguenza appunto di queste prove, si sono fatti progressi nell'industria automobilistica, sia per quel che riguarda la sicurezza, sia la comodità degli automezzi.

A - Quali mai progressi?

B - Prima di tutto nella velocità, ma anche di eleganza e di sicurezza di guida.

A - Per quel che riguarda la sicurezza ed eleganza son d'accordo con te, perchè le ritengo cose utili e lodevoli, ma l'eccessiva velocità, a mio parere, nuoce più che non giovi!

B - Mi sono accorto che discutere con te di certe cose, è lo stesso che perdere il tempo e la fatica!

A - Non ti vantare troppo! Lo sanno tutti che tu sei un intenditore in materia! Sta' attento! Sta per passare un'altra macchina!

B - Che numero ha? Chi è il pilota? Passata questa, non posso trattenermi di più; non vorrei che i miei genitori stessero in pensiero!

A - Finalmente ne hai detta una giusta! Anch'io da un pezzo sento un formidabile appetito, mi sembra di vedere un pollo arrosto che mi chiama a casa! Guarda! Guarda! Passa Caracciola, quello che è stimato giustamente emulo di Nuvolari. Che Dio aiuti i nostri campioni sì che giungano primi al traguardo!

B - Questo è nei voti!

In Cinematographo

Carolus - Tintinnabulum electricum, tempus erat, sonat! Iam in eo est ut spectaculum initium habeat. (*Lanternulae electricae extinguuntur*); omnia circum tenebris nigrescunt!

Antonius - Dic, quaeso, amice, quid spectaturi sumus? Nam, cum, urgente pluvia, huc confugerim, magis deverticulum quaerens quam animi causa, in libellum numerarium oculos intendere ne in mentem quidem venit.

C - Vitam sapientissimi illius Gallici viri cui nomen Pastori spectaturus es!

A - Gratias Deo quam plurimas ago, quod tam prospere obtigit, ut hodie saltem non cogar illis ineptiis spectator adesse, quae persaepe quo magis praedicantur, eo magis eorum, qui pecuniam solvunt, spem atque expectationem fallunt destituuntque!

(Incipit agi fabula).

Quam scite et perite imagines lucis auxilio expressae sunt! Quam actores in artificio suo praestantes se praebent! Haud dubium est quin is, qui huic filmatae fabulae luce et imaginibus exprimendae praefuit, optimo usus sit iudicio in histrionibus deligendis!

C - Quam maxime tecum consentio. Aspice hanc scaenam, qua artis medicae peritissimus ille vir, primum experitur in hominis corpore quantum valeat ad rabiei morbum curandum eius vaccini vis, quod diutinis iisque laboriosissimis lucubrationibus repperit!

Al Cinematografo

Carlo - E' già suonato il campanello elettrico! Lo spettacolo sta per cominciare! (*Si spengono le lampadine elettriche*). Tutto è all'oscuro.

Antonio - Dimmi, amico, che c'è da vedere oggi? Io sono entrato qua per evitare la pioggia, e non ho pensato per la furia nemmeno a guardare il programma.

C - La vita del famoso medico Pasteur!

A - Ringraziamo Dio che oggi almeno non vedremo quelle solite sciocchezze, che, quanto più sono lodate, tanto più ingannano e deludono quelli che spendono per assistere allo spettacolo!

(*Comincia lo spettacolo*).

Con quanta abilità sono state prese le fotografie! Come sono bravi gli artisti! Si vede subito che il regista ha saputo sceglier bene i suoi attori!

C - Hai ragione! Guarda questa scena dove quel famoso scienziato esperimenta per la prima volta il vaccino, scoperto dopo lunghi studi, per vederne l'efficacia nella cura della rabbia!

A - Recte, quidem! Qua sollicitudine, quo angore affectus atque vexatus videtur; ipse sentire et affici videor! Neque mirum in eo discrimine temporis, ex quo sit profecturum novae quasi aetatis initium!

C - Bene! Maximam partem enim quidquid his proximis annis in depellendi morbos arte homines profecerunt, in iis, quae divino quodam spiritu instinctus Pastor vi ingenii, industria laboreque assiduo reperire potuit, innititur.

A - At ipse censeo nonnihil vulgatae quae de hoc viro est opinioni detrahendum esse, cum in ephemeride quadam legerim eius praeclarissimi inventi laudem, quo est demonstratum omnes morbos quibus homines laborant ex microbiis quibusdam dependere, Italo viro esse tribuendam.

C - Si verum, quam maxime gaudam, neque mirum sit. Quod ei nomen?

A - Lazarus Spallanzani, qui vir Patriae nostrae decus atque lumen vere dignus est qui ab oblivione, qua immerito iacet, tandem vindicetur quippe qui, si alius quisquam, plurimum, ad humanitatem iuvandam ac fovendam, inventis suis contulerit, eique adici potest Augustinus Bassi.

C - Attende, sis! Prodit nunc in scaenam puer, ope quasi divina, ex horribili illo et mortifero morbo ad sanitatem reductus!

A - Intuere quam diversus sapientissimi illius viri habitus! Qui stupor et admiratio circumfusae multitudinis! Neque mirum, nam quod nemo suspicatus erat id re perfectum admirantur!

A - E' vero! Si vede la commozione dell'animo suo così bene, che mi sembra di provarla io stesso! Non c'è da meravigliarsi! Infatti da questo esperimento sta per cominciare una nuova era!

C - In gran parte, tutto il progresso della medicina di questi ultimi anni si fonda sulle scoperte di Pasteur.

A - Ma ritengo che sia da togliere qualche cosa alla fama di questo scienziato, perchè ho letto poco fa in un giornale, che il merito di aver scoperto che le malattie sono dovute a dei microbi, è da attribuirsi ad un italiano.

C - Se è vero ne sono più che lieto, e, del resto, non sarebbe cosa strana! Qual'è il suo nome?

A - Lazzaro Spallanzani, uomo che onorò la Patria nostra e che dovrebbe essere finalmente tolto dall'oblio nel quale senza ragione finora giacque; giacchè, se altri mai, contribuì colle sue scoperte validamente a dare incremento alla civiltà. Si può a lui aggiungere il nome di Agostino Bassi.

C - Guarda, ora! C'è il ragazzo, quasi per divino miracolo risanato da quella terribile e mortale malattia!

A - Osserva come sia mutata l'espressione dello scienziato! Come ammira, stupita, la moltitudine che si affolla intorno! E non c'è da meravigliarsi; perchè vedono attuato ciò che nessuno avrebbe mai creduto!

(Hic lanternulae electricae accenduntur. Sequuntur filmatae scaenae cura et impensis « Regiae Societatis « Lux » editae).

« Summus militiae magister Rudolphus Gratiani Vicarius Regius in Aethiopia lustrat visitque oppida Aethiopiae nuper sub imperium populi Romani dicionemque subiuncta: Giggigam et Harrar. Militaris comitatus ultroneis cataphractisque plaustris vectus «Harrar» praeteregressus, «Giggigam» pervenit ».

C - Numquam credideram quattuor tantum dierum spatio nostros milites sexcentorum milium passuum iter cemetiri potuisse! Vide quanta reverentia quantaque admiratione barbari decursum nostrorum militum observent! Ecce « Giggigae », quae aethiopice dicitur, forum! Vicarius praesidium recenset! Nunc allocuturus barbaros videtur, ex eo ipso podio quod ante aedes praefecti oppidi erectum videre licet!

C - Audistine quanta sententiarum gravitate verborumque pondere Vicarius Regius barbaros monuerit omnia quae Italia promiserit de libertate tuenda, iustitia colenda, humanitate denique civilique cultu in eas feras incultasque gentes inducendis et servata semper esse et in posterum servatum iri!

Propterea caveant ne quidquam novi moliantur, praesertim cum iam fortunam belli experti ignorare non possint quam gravis aut amicus aut inimicus Romanorum populus sit!

A - Neque me fugit quanta reverentia verba auscultaverint! neque mirum! Nam Rudolphus Gratiani is est vir qui ad dignitatem sibi conciliandam quam maxime valeat! Iam probe intellexerunt Aethiopes, rebus non

(Si accendono le luci. Segue il film edito dalla Società Nazionale « Lux »).

« Il maresciallo Rodolfo Graziani, Vicerè d'Etiopia visita le città d'Etiopia da poco sottomesse a Roma: Giggiga e Harrar. La colonna su carri armati oltrepassato Harrar giunge a Giggiga ».

C - Non avrei mai creduto che in quattro giorni soli i nostri soldati avessero potuto percorrere quattrocento miglia! Guarda con quanto deferente ossequio e con quanta ammirazione quei barbari osservino la sfilata delle nostre truppe! Ecco la piazza principale di Giggiga! Il Vicerè passa in rivista il presidio! Ora sembra si accinga a parlare agli indigeni, proprio da quel palco che si vede eretto davanti alla Casa del Governo!

C - Hai sentito con quanta altezza di pensieri e ponderatezza il Vicerè abbia ammonito gl'indigeni che tutto ciò che l'Italia ha promesso riguardo a proteggere la libertà, ad osservare la giustizia a civilizzare insomma quei popoli barbari, come è stato sempre mantenuto così lo sarà in avvenire? Perciò stiano bene in guardia a non tentare rivolte, ora specialmente che l'esperienza di guerra ha loro mostrato quale sia il peso dell'amici- zia e dell'ostilità romana!

A - Ho visto benissimo con quanta deferenza ascol- tasserò! Ed è naturale; perchè Graziani è uomo capa- cissimo di farsi rispettare! Gli Etiopi, ammaestrati dai fatti e non dalle parole, hanno benissimo capito che s'il-

verbis edocti, inania captare, si quis speret se ei verba daturum! Itaque haud immerito Gratiani sibi studia animosque barbarorum adiunxit; nam qui tantum viribus et armis parere assuerunt eum invenerunt virum, qui primus acie instructa, victoria potitus, hostes fusos fugatosque plus quadraginta milia pasuum sit persecutus!

C - Nunc alia spectanda ante oculos decurrunt: vide quae sint amoenitates locorum quaeque pecudum oviumque copia! Quisnam crederet?

Hic est *Garamulatis* ager, hic, qui sequitur, *Cerere*nsis.

Quam late patent campi! Quantum conici licet, aptissimi videntur in quos coloniae deducantur!

A - Equidem audivi rei peritos cum dicerent harum regionum coelum saluberrimum esse, ideoque peridoneum sub quo degant etiam qui temperato aere uti assueverint; praeterea eam esse soli naturam, quae ubertate fructuum et frugum vix ac ne vix quidem aliam sibi parem invenire possit.

C - Hoc est in votis; ita enim vectigalium fructuumque ratio sublevabitur et Italis tandem erit quo deducere possint quidquid multitudinis exsuperaverit!

A - Intuere, quaeso in linteum; nunc oculis observatur alterum Somaliae oppidum, ipsum quod « *Harrar* » nuncupatur. Vicarius Regis visit Lictorias Aedes admittitque quae officii causa Lictoria Sodalicia facultatem conveniendi petierunt, necnon delectam operariorum partem.

C - Vide! Vide! Nunc alloquitur gregarios lictores!

A - Ecce mutavit scaena! Inter Islamistas sumus. Videlicet nullam partem Vicarius noster relictam vult quin adeat!

luderebbe chiunque credesse di poterlo ingannare! Perciò giustamente Graziani si è attirato le simpatie degli indigeni; infatti essi, che non sanno obbedire se non alla forza delle armi, hanno trovato un uomo che per primo ottenne la vittoria sul campo, ed inseguì i nemici sconfitti per più di ottanta chilometri!

C - Ecco che altre scene ci passano davanti agli occhi; guarda che bellezza di paesaggio! Che abbondanza di bestiame! Chi l'avrebbe mai creduto?

Questo è il territorio di *Garamulata*; questo che segue, quello di *Cercer*. Che estensione di pianure! A quanto si può argomentare, sembrano adattissime ad essere colonizzate.

A - Invero ho sentito dire, dagli esperti in materia, che il clima di queste regioni è salubre e perciò adatto anche a quelli che sono abituati ai climi temperati; inoltre la natura del terreno è tale che per abbondanza di raccolti difficilmente può trovarne una che l'eguagli.

C - Questo è nei nostri desideri; così l'economia nazionale ne trarrà vantaggio e gl'Italiani avranno dove poter mandare la popolazione che non può essere contenuta nei confini della Patria.

A - Volgi, ti prego, lo sguardo alla tela; si presenta un'altra città della Somalia, proprio Harrar! Il Vicerè visita la Casa del Fascio e ammette alla sua presenza le Associazioni Fasciste che hanno chiesto udienza, non che una rappresentanza di operai.

C - Guarda! Guarda! Ora parla ai Fascisti!

A - Ora la scena è cambiata! Siamo tra i Mussulmani. Evidentemente il Vicerè non vuole lasciare nulla senza visitare!

C - Quibus clamoribus Islamistae Italiam, Regem Imperatorem, Ducem qui nos ad maiora in dies impellit, et Vicarium consalutant! Iam didicerunt dextram extollere « Lictorio more », salvere iubendi causa!

A - Animadvertite! Iam Vicarius Regis, magna comitante caterva, Islamistarum templum ingreditur! Audisne principem gentis quam fervidis verbis, eo dicendi genere usus, varietate colorum distincto, imaginibus grandibus atque insignitis illuminato, quo solent earum regionum populi quae ad orientem solem vergunt, omnipotente Deo quem colunt teste advocato, precetur ut bona ope gentem nostram sospitet, Regem Imperatorem Ducemque tueatur omnesque adiuvet qui Reipublicae nostrae administrandae praesunt, quod parcendo victis debellandoque superbos, imperii fines propagare assueverint, atque iustitia et virtute duce, comite fortuna, semper in regendis populis sint usi!

C - Mirum quantum delecter cum Rudolphum Gratiani dicentem audio! Nam eo utitur dicendi genere quod cum natura et ingenio eius artissime congruere videatur: in hoc viro manifesto apparet quam recte qui dixit: « Qualis est ipse homo, talis sit oratio oportet ». Profecto cum acer imprimis vir sit et ad militiam atque ad res gerendas mirum in modum a natura aptus et conformatus, non splendidiora verba collecta habere videtur, quae ad quamlibet sententiam accommodet, sed, prout tempora et res postulent, vel suaviter, vel graviter, vel incitate, vel sedate loquitur ita ut semper non aurium tantum tenus eius oratio perveniat, sed in eorum animis qui audiunt altissime defigatur. Omnia ad rei dignitatem apte dicit, nihil quod absonum inveneris, sed celeritatem potius facilem et expeditam non sine nervis ac viribus,

C - Con quale grida d'entusiasmo gli Arabi salutano il Re Imperatore, l'Italia, il Duce, che ogni giorno ci spinge a nuovi ardimenti e il Vicerè! Hanno anche imparato ad alzar la destra per salutare romanamente!

A - Osserva! Ora entra nella Moschea, accompagnato da grande moltitudine! Non senti il Capo dei Notabili con quali fervide parole, in quello stile colorito e fiorito pieno d'immagini, che è proprio dei popoli orientali, preghi, chiamando a testimonio Dio, affinchè aiuti la nostra gente, protegga il Re Imperatore e il Duce e assista tutti quelli che sono a capo del nostro Governo, perchè han costume di estendere il loro dominio debellando i superbi e risparmiando i vinti, ed hanno come guida il valore e la giustizia, come compagna la fortuna nell'amministrare i popoli soggetti!

C - E' straordinario quanto mi piaccia l'eloquenza di Graziani! Ha infatti un tale stile che sembra proprio consono alla sua natura; davvero in lui appare manifesto la verità di quel motto: « Lo stile è l'uomo ». Infatti essendo egli un carattere energico e per natura mirabilmente portato all'azione, non ha una raccolta di parole eleganti da adattare a qualsiasi argomento, ma secondo i tempi e le circostanze, sa parlare o con dolcezza o con austerità o con energia o con pacatezza, sicchè quel che dice non giunge soltanto alle orecchie ma s'imprime a fondo nell'animo di chi ascolta. Tutto dice in modo adeguato all'argomento, di modo che nulla puoi trovare di non adatto, ma piuttosto senti facilità di esprimersi non senza una grande energia; come tu hai

ut ipse animadvertere nuper potuisti, cum praecise et distincte satis habuit respondere Italiae esse propositum ut Islamistas, qui Aethiopiam incolunt, in fidem suam recipiat eosque ad expolitiorem cultum et humanitatem perducatur.

VI.

Ludus follis

Florentiae: in Stadio Ioannis Berthae, (qui in ipso flore iuventutis pro Lictoria fide vitam profudit) nomine insignito.

Inter Florentinorum et Lucensium agmina ad primae classis honorem in ludo follis, publice evecta, certamen.

Ingens multitudo in cavea stipata, magnis clamoribus ex apodyteriis lusores evocat, qui tandem in stadium procurrunt et in medium cum pervenerint, erecto corpore, stantes «more romano» salutant.

Dein arbiter ambos agminum duces ad se arcessitos monet quae sit in ludendo fides servanda, nummumque sublime iacit ut utri «rex» contigerit, ei facultas detur deligendi arenae partem.

Quibus peractis, duo agmina, alterum dealbata tunica, alterum violacea distinctum, in aciem procedunt adversaque consistunt. Tum arbiter sibilo signum certaminis committendi dat.

Is qui primi ordinis Florentini agminis medium locum obtinet, mittit follem eo, ut conici licet, consilio ut ad collusorem quemdam eiusdem ordinis perveniat, sed cum vehementiore quam debuerat ictu perculerit, alter

potuto or ora comprendere, quando, in modo reciso e chiaro, si limitò a rispondere che l'Italia si propone di accogliere sotto la sua protezione i Mussulmani d'Etio-
pia e di dar loro i vantaggi della civiltà.

VI.

Giuoco del calcio

A Firenze nello Stadio « Giovanni Berta » (1). Partita tra le squadre Lucchese e Fiorentina di Divisione Nazionale.

Un'immensa moltitudine, stipata nelle tribune, chiama a gran voce dagli spogliatoi i giocatori, i quali finalmente entrano a corsa nello Stadio, e, giunti in mezzo, salutano sull'attenti romanamente.

Poi l'arbitro chiama a sè i capitani, li ammonisce a giocare lealmente e getta in alto una moneta perchè a chi tocchi « *testa* », sia facoltà di scegliere il campo. Fatto ciò, le due schiere, una in maglia bianca, l'altra in maglia viola, scendono in campo e si fermano l'una di fronte all'altra. Poi l'arbitro fischia l'inizio della partita. Il centro attacco fiorentino lancia la palla coll'intenzione, a quanto pare, di inviarla a un altro attaccante, ma avendo colpito troppo forte, un terzino lucchese rac-

(1) *Martire della causa Fascista.*

tertii ordinis Lucensis agminis follem excipit transmittitque ad eum medii ordinis collusorem qui sinistrum cornu tuetur. Qui, certo pedis ictu, ad eum qui quasi fulcrum totius agminis medium inter primos et extremos locum servat, follem remittit.

Tum capitis ictu sapienter et perite percussus, follis pervenit ad unum ex primi ordinis lusoribus (quos posthac «*principes*» appellabimus) qui, nactus occasionem, totis viribus procurrit, lusorium globum ante se pedibus agens studetque eo pervenire, unde possit eum in reticulum ingerere. At Florentini agminis lusor tuendae portae praepositus, raptim prosilit, seque humi praecipite proiecto follem manibus excipit.

Typhosi (qui dicuntur) ad coelum clamorem tollunt.

Bene ianitorem! Eia, Florentini! In portam! in portam! Efficite ut Lucenses cum damno suo et contumelia experiantur quantum Florentinorum agmen praestet! Cum tironibus nunc res gerenda! Paeniteat eos in aeternum in certamen nobiscum descendisse!

Principes Florentini agminis cursu in adversarios contendunt. Sine intermissione follis ex aliis ad alios pervenit; iam primus Lucensium ordo perrumpitur, medius secundi ordinis lusor deluditur; sed triarii acri animo extrema experiri parant. Quorum alter cum manu follem tetigerit, arbiter, sibilo edito, omnes consistere iubet, sed non censet Lucenses esse ulla poena multandos. Fit tumultus; clamor ad sidera tollitur; hic illic spectatores inter se manus intentant, arbiter probris omnibus maledictisque vexatus et coopertus, impavidus immotusque manet, quasi coorta clamorum tempestas nihil ad ipsum pertineat, splendidus et magnificus rumorum vulgi contemptor.

Ludus prosequitur.

coglie il pallone e lo rimanda all'ala sinistra. Questi, con un colpo sicuro, rimanda al centro sostegno. Indi il pallone con abile colpo di testa giunge ad uno degli attaccanti (che da ora in poi chiameremo « *principes* ») il quale, colta l'occasione, si lancia innanzi, spingendo il pallone e cercando di piazzarsi per tirare in rete. Ma il portiere fiorentino balza fuori della porta, e para in tuffo.

I tifosi prorompono in grida. Viva il portiere! Forza Fiorentini! Sotto, in porta! Fate che i Lucchesi provino a loro spese quanto la squadra gigliata sia superiore! S'ha da fare con dei principianti! Si pentano d'essere scesi in gara! Gli attaccanti fiorentini fanno una discesa in campo avversario; senza sosta il pallone passa dagli uni agli altri; già la prima linea lucchese è oltrepassata; il centro sostegno scavalcato; i terzini tentano l'estrema difesa. Uno di essi commette un fallo di mano, onde l'arbitro fischia l'arresto del gioco, ma non concede il calcio di rigore. Nasce un tumulto; le grida salgono al cielo, gli spettatori si minacciano, mentre l'arbitro fatto segno all'ira del pubblico rimane imperterrito, come se il clamore scatenatosi non lo riguardi, magnifico spregiatore del rumore popolare.

Il gioco continua.

Lucenses principes summa peritia per ordines Florentinorum transgressi, follem in reticulum immittunt.

Portam! Portam! vix prae gaudio et laetitia compositae sui Lucenses conclamant, adversariorum sibilis et contumeliis obruti.

Prima certaminis pars peracta est.

A - Lusores nostri, Florentinos dico, longe adversariis praestant, sed hodie, mihi videntur fortuna uti adversa: quid? nonne vidisti quam perite et, paene dixerim, eleganter follem inter se transmittant, quo animo et ardore certent! Equidem dignissimos censeo qui ad Italiae nomen tutandum in certaminibus cum exteris gentibus deligantur!

B - Quid somnias inepte? Num tibi nimium partis studium aciem mentis simul cum oculorum obtudit? Aegre tirones dixeris!

A - Nisi fallor, aut insanis aut cerebrum ipsum crebris et ingentibus poculis ingurgitasti!

B - Heus; homo! Unde tanta tibi audacia ut audeas me conviciis incessere? Praeceptore eges, o belle, qui te rudimenta ipsa civilis cultus et humanitatis doceat! Gestiant mihi pugni; quid si istud quod pro hominis vultu geris rostrum colaphis excidam?

A - Nihil aliud quam risum mihi, stultissime, moves; minas tuas ne flocci quidem facio, si propius accesseris faciam ut te vidisse lucem paeniteat.

B - Vapula, igitur, nequissime!

A - Audes, scelestissime? Et tu vapula! Pugnis te caedam, colaphis concidam, verrinum os exsossabo, ut male mulcatum domum remittam!

Multa inter se vulnera iactant: circum aures atque tempora errant manus; crepitant malae ictibus percussae.

Gli attaccanti lucchesi, con grande abilità, scavalcate le file dei Fiorentini, mandano in rete.

Goal! Goal! Gridano i Lucchesi che non stanno più nei panni dalla gioia, mentre gli avversari li coprono di fischi e d'improperi.

La prima parte è terminata.

A - I nostri giocatori, i Fiorentini, sono di gran lunga superiori agli avversari, ma oggi mi sembra che la fortuna non li assista; non hai visto con che perizia, e, direi quasi, con che eleganza eseguiscano i passaggi del pallone, e con che ardore si buttino nella lotta! Io per me, li ritengo più che degni di difendere l'Italia nelle competizioni nazionali!

B - Che fantastichi, sciocco? Forse che il tifo ti annebbia la mente? A stento si potrebbero dire principianti!

A - Se non m'inganno, o sei pazzo o ti sei bevuto insieme al vino il cervello!

B - Ehi, quell'uomo! come osi insultarmi! Mi sembra che tu abbia bisogno di uno che t'insegni i principi elementari dell'educazione! Mi pizzicano le mani; di un po' se ti rompesti codesto brutto grifo a forza di schiaffi!

A - Mi fai ridere con le tue minaccie! Se t'avvicini, ti pentirai di esser nato!

B - E allora prendi, villanzone!

A - Osi mascalzone? Prendi anche tu! Ti fracasserò a pugni, ti rovinerò a schiaffi, farò salciccia di codesto tuo grugno, in modo da mandarti a casa conciato per le feste! *Si scambiano pugni e percosse.*

Hic arbiter alterius certaminis partis ineundae sibilo signum dat.

Athletae in arenam prodeunt clamoribus et admirationibus excepti.

Lucenses, prospero quo usi sunt eventu elati, eruptionem in Florentinorum instructam aciem faciunt, at eorum impetus in irritum cadit cum in adversarios incidunt omnia experiri paratos dum superiores discedant. Magna vi summaque contentione et corporum et animorum utrimque certatur: follis sine intermissione ab altero certantium agmine ad alterum avolat sed neutri quicquam proficiunt. Cum omnia quae conentur certantes infringi videant sensim ardor omnium atque impetus remittitur, ut languidius segniusque pugnetur.

Multitudo, quasi debito sibi gaudio frustrata, contumeliosis verbis, facetiis salibusque agmina certantium corripit. Quibus clamoribus excitati Florentini ne spe et expectatione suos destituant pugnam acrius renovant suprema experiri parati. Itaque fit ut iterum atque iterum reticulum Lucensium in summum veniat discrimen, donec medius inter Florentinorum principes lusor, Lucenses triarios transgressus, elusoque ianitore follem in reticulum impingit.

Clamores subsellia ipsa rumpere videntur; is maxime laeta acclamatione excipitur certator qui tam splendidum peritiae et virtutis specimen edidit.

Tum folle in medio campo iterum posito, vario Marte redintegratur certamen sed reticula intacta manent dum octogesimo quinto puncto, iam fere praestituto tempore exacto, paulum abest quin Florentini follem in portam ingerant sed Lucensium triarii, impetu adversariorum valide excepto, in mediam arenam follem reiciunt.

A questo punto l'arbitro dà il segnale di riprendere la partita.

Gli atleti sono accolti da grandi grida di ammirazione.

I Lucchesi, imbaldanziti dal successo, fanno un'irruzione impetuosa verso la rete fiorentina, ma, con pari ardore i Fiorentini ne arrestano la foga; la partita si svolge con grande accanimento da ambedue le parti; il pallone continuamente va da un campo all'altro, ma nè l'una nè l'altra squadra riesce a concludere. Poco dopo la foga si attenua e la partita si svolge più calma, per quanto la folla con ingiurie, facezie e frizzi investa i giocatori. I Fiorentini, spinti dalle grida del pubblico, riprendono con lena la lotta, e mettono in pericolo la porta lucchese; fino a che il centro-attacco, scavalcati i terzini e ingannato il portiere, scaglia in rete.

Sotto le urla dei Fiorentini pare che le tribune crollino; si applaude a gran voce il giocatore che dette prova di tanta abilità.

Riprende la partita, ma le reti rimangono inviolate. All'ottantacinquesimo minuto di gioco, per poco i Fiorentini non segnano un altro punto, ma i terzini lucchesi fronteggiando validamente l'attacco rimandano al centro.

Quinque quae horae puncta reliqua supersunt nihil ad mutandum certaminis exitum valent. Sibilo fine certaminis dato, lusorum agmina ordine adversa caveae stantia magistratus primoresque civitatis, Lictorio more, sublatis dextris, salvere iubent, atque in apodyteria recedunt.

Sensim, dum sol ad occasum vergit lampadesque electricae procul micare incipiunt, stadium multitudine exoneratur multis et variis cum admirantium et criminantium sermonibus. Vehicula longo ordine ad urbem contendunt.

VII.

Renuntiatio Romani Imperii iterum restituti

Mater - Quid, mi fili, causae fuit cur tam diu me sollicitam faceres?

Pater enim qui eadem fere qua tu hora exiit iam plus viginti puncta domum rediit.

Filius - Piget, mater dilectissima, sed extra culpam omnino sum, nam post conventum dimissum iussi sumus militari pompa ante Lictorias Aedes et Foederatorum Fascium Legatum decurrere; postea ad stativa castra « Italicae Pubis Institutionis » pergere iter ad arma deponenda.

Qui, mater, hominum concursus, qui clamores, quaeque admirationes!

M - Ipsa quidem omnia radiophonice audivi, et vehementer doleo infirma valetudine qua iam dudum utor, tanto universorum gaudio tantaeque laetitiae interesse me non potuisse!

Negli ultimi cinque minuti nè gli uni nè gli altri riescono a modificare il risultato.

Finito il tempo regolamentare, l'arbitro fischia la fine. I giocatori, riunitisi davanti alle tribune, salutano fascisticamente le Autorità e si ritirano negli spogliatoi.

Lo stadio a poco a poco si vuota, tra i vari commenti di chi ammira e di chi critica. Il sole volge al tramonto. Brillano da lontano le luci della città. Le vetture in lunga fila s'avviano verso il centro.

VII.

Proclama agli Italiani per la fondazione del nuovo Impero

Mater - Perchè, figlio mio, mi hai fatto stare tanto in pensiero? Tuo padre che era uscito quasi con te è già tornato da circa venti minuti.

Figlio - Mi rincresce, mamma, ma abbiamo dovuto sfilare in parata davanti alla « Casa del Fascio » e al « Segretario Federale » e poi recarci alla sede dell'« Opera Balilla » a depositare le armi. Che folla! Che grida! Che entusiasmo!

M - Io ho sentito tutto per radio, e mi rincresce che per ragioni di salute non abbia potuto esserci!

F - Ne dimidiata quidem voluptate, mater, auribus percipere potuisti!

M - Cur?

F - Quod mirum illud spectaculum (quod quidem ex animo meo numquam effluet) multitudinis in forum confertae unoque animo Duci plaudentis spectare non potuisti!

M - Credo, o bone, et vehementer paenitet cum ipsa persuasum habeam, numquam in posterum occasionem datum iri ut tam praeclarae rei spectatrix adsim.

F - Equidem censeo perraro in hominum vita contingere posse ut aliquid tam dignum quod posteris tradatur videre liceat!

M - Dic, mihi, quaeso, quo cum condiscipulis tuis munere, hoc tam fausto et felici die sis perfunctus!

F - Egressus domo obuius factus sum Henrico, quo comite addito, per vias mediae urbis frequentia hominum stipatas, aegre perveni quo edictum erat convenire.

Sumptis armis, terni citato agmine in forum properavimus, ubi, adversi tribunali primoribus civitatis erecto, constitimus.

Iam radiabula hic illic in foro disposita militares cantiunculas carminaque bellica diffundebant necnon Licitorium et Regium cantum, cum interea confluerent hilare et alacriter lictoria sodalicia unumquodque prae se sua signa gestans omnia lictorio habitu induta.

Interea subinde fistulae sulphurea pulvere repletae, subter incensae, horrendo quodam fragore per umbras noctis multa cum luce faces ducebant. Vixdum forum undique affluentibus multitudinem confertum atque stipatum erat, et ii qui administrandae civitati praesunt tribunal ascenderunt: tum sonuere tubae iubentes multitu-

F - Non hai goduto nemmeno metà del piacere, ascoltando !

M - Perché?

F - Perché non hai potuto assistere allo spettacolo meraviglioso della folla radunata in piazza, che applaudiva unanimemente al Duce.

M - Ci credo, caro, e me ne dolgo, perchè son sicura che non mi si darà mai più l'occasione di assistere a cosa sì grande.

F - Hai ragione, mamma, anch'io credo che assai di rado tocchi ad un uomo vedere uno spettacolo degno di essere tramandato alla storia!

M - Dimmi! Che hai fatto?

F - Uscito di casa ho incontrato Enrico, e, insieme a lui, attraverso le vie del centro, stipate di gente, a stento riuscii a raggiungere il luogo stabilito. Prese le armi, per tre, inquadrati, a passo svelto, ci recammo in piazza e ci fermammo di fronte al palco delle Autorità. Già le «radio» disposte qua e là diffondevano canti militari e di marcia, mentre affluivano, gioiose ed entusiaste, le Associazioni Fasciste, ciascuna col proprio labaro, tutte in divisa. Frattanto i razzi accesi, con improvviso fragore solcavano il cielo con striscie di luce. Appena la Piazza fu piena, le Autorità salirono sul palco, e le trombe suonarono l'attenti. Al-

dinem attendere, quo signo dato, omnes qui in armis erant, erecto corpore armisque pectoribus adversis sublatis, ita sese officii causa habuere, donec tubae quiescendi signum cecinerunt.

Armis igitur ad pedes iterum demissis, magna omnium expectatione animos auresque intendimus si Dux initium loquendi faceret.

M - Quam ipsa orationem non auribus tantum audiui sed animo hausi. Visne iterum stenographice transcriptam audire?

F - Quam libentissime!

« Ductores ordinum, suboptiones, gregarii omnes qui sub signis Patriae vel in Italia vel in Africa meretis, voluntarii milites Restitutis Fascibus custodiendis atque tutandis, Itali viri Italaeque mulieres, qui seu intra Patriae fines seu ubivis terrarum degitis, audite!

His scitis, quae nuper Supremum Fascium Consilium, magno consensu et plausu, auctoritate sua confirmavit rataque voluit quaeque mox vobis nota erunt, magnum quiddam in annales patriae in aeternum referendum peractum est: hodie enim a. d. VII id. Mai. post Restitutos Fasces XIV, de Aethiopiae sorte firmiter et stabiliter actum et sanctum est!

Omnes difficultates, omnia impedimenta quae quasi nodi impetum et voluntatem nostram remorari videbantur, dstrictis gladiis infregimus viamque expediimus ut victoria quam in longinquis Africae oris

lora simultaneamente le Forze Armate s'irrigidirono sul « presentat'arm » fino a quando le trombe suonarono il riposo. Allora, a « pied'arm » aspettammo che il Duce incominciasse a parlare.

M - Io stessa quel discorso non soltanto l'udii colle orecchie, ma mi è rimasto impresso nel cuore. Vuoi sentirlo stenografato?

F - Volentieri!

« Ufficiali, sottufficiali, gregari di tutte le Forze armate dello Stato in Africa e in Italia, Camicie nere della Rivoluzione, Italiani e Italiane in Patria e nel mondo, ascoltate:

Con le decisioni che fra pochi istanti conoscerete e che furono acclamate dal Gran Consiglio del Fascismo, un grande evento si compie: viene suggellato il destino dell'Etiopia, oggi 9 maggio, quattordicesimo anno dell'Era fascista!

Tutti i nodi furono tagliati dalla nostra spada lucente, e la vittoria africana resta nella storia della Patria integra e pura come i Legionari caduti e super-

consecuti sumus, integra et pura in memores fastos possit referri qualem ipsam nostrarum legionum milites et qui mortem oppetierunt et qui supersunt mentibus conceperant virtuteque consequi exoptaverant.

Tandem Italia Imperium suum habet!

Imperium dico ad Lictoriam fidem totum referendum, quippe quod prae se notas ferat quas firma voluntas et potentia Romani Lictorii indelebiles impreserit!

Ad hoc enim per quattuordecim annos quidquid virium iuventutis nostrae, nunc, si unquam alias, florentis atque vigentis, militari disciplinae assuetae atque astrictae luxuriabatur, excitavimus exercuimusque!

Imperium quod sibi propositum habet non ut quemquam proelio lacesat sed ut pacem colat diligatque: nam pacem sibi ceterisque omnibus gentibus expetit neque ad arma nisi summa necessitate vivendi coactum descensurum est!

Imperium quod ad cultum et humanitatem Aethiopiae gentes adducet; id enim fuisse moris et consuetudinis maiorum accepimus, ut quos bello subegissent, eos quasi novos cives ad se asciscerent devincirentque!

En vobis legem recitabo qua aetas quaedam nobis peragitur novusque saeculorum ordo nascitur quasi aditus et via ad maiora in posterum audenda!

I. - OMNES ET REGIONES ET GENTES QUAE SUB IMPERIO AETHIOPICO FUERUNT IN DICIONEM POTESTATEMQUE ITALICI REGNI REDIGUNTUR.

stiti la sognavano e la volevano.

L'Italia ha finalmente il suo Impero!

Impero fascista, perchè porta i segni indistruttibili della volontà e della potenza del Littorio romano, perchè questa è la mèta verso la quale durante quattordici anni furono sollecitate le energie prorompenti e disciplinate delle giovani gagliarde generazioni italiane! Impero di pace, perchè l'Italia vuole la pace per sè e per tutti e si decide alla guerra soltanto quando vi è forzata da imperiose incoercibili necessità di vita! Impero di civiltà e di umanità per tutte le popolazioni dell'Etiopia! E' nella tradizione di Roma, che dopo aver vinto, associava i popoli al suo destino!

Ecco la legge, o Italiani, che chiude un periodo della nostra storia e ne apre un altro come un immenso varco aperto su tutte le possibilità del futuro!

I. - I TERRITORI E LE GENTI CHE APPARTENEVANO ALL'IMPERO DI ETIOPIA SONO POSTI SOTTO LA SOVRANITA' PIENA E INTERA DEL REGNO D'ITALIA.

II. - TITULUM IMPERATORIS SIBI SUISQUE SUCCESSORIBUS ITALORUM REX ASSUMIT.

Voluntarii milites nigra tunica insigniti!

Itali viri Italaeque mulieres!

Sanguine et virtute quod sibi Imperium comparavit populus italicus opera et labore confirmare idemque armis animisque adversus omnes gentes defendere et tueri paratus est.

Qua spe freti atque confisi, sublatis, Legionarii, armis, animis, signis, imperium consalutate quod quindecim post saeculis denuo nobis e sacris Romae colibus affulget!

Eritisne illo digni?

(Multitudo magno clamore se imperio dignam futuram esse confirmat).

Hunc vestrum clamorem atque consensum tamquam sacrum quoddam iusiurandum accipio quo coram Deo et mortalibus obstringamini ad promissa praestanda et si contingat ut vita frui liceat et si mors sit optetenda.

Itali viri nigra tunica insigniti, Legionarii, salvere Regem iubete! ».

M. et F. Et nos Bene Regi nostro, Bene Duci dicamus!

II. - IL TITOLO DI IMPERATORE D'ETIOPIA VIENE ASSUNTO PER SE' E PER I SUOI SUCCES- SORI DAL RE D'ITALIA.

**Ufficiali, sottufficiali, gregari di tutte le Forze ar-
mate dello Stato in Africa e in Italia, Camicie nere,
Italiani e Italiane!**

**Il popolo italiano ha creato col suo sangue l'Im-
pero, lo feconderà col suo lavoro e lo difenderà contro
chiunque con le sue armi.**

**In questa certezza suprema levate in alto, Legio-
nari, le insegne, il ferro e i cuori, e salutate dopo quin-
dici secoli la riapparizione dell'Impero sui colli fatali
di Roma.**

Ne sarete voi degni?

(La folla prorompe in un formidabile: Sì!)

**Questo grido è come un giuramento sacro che vi
impegna dinanzi a Dio e dinanzi agli uomini, per la
vita e per la morte.**

Camicie nere, Legionari: Saluto al Re! ».

M F - **Ed anche noi gridiamo: Viva il Re! Viva il
Duce!**

ERRATA CORRIGE

A pag. 40 riga 27 *anzichè peritus leggasi prudens ac peritus*

« 78 « 15 *anzichè versibus etc. leggasi versibus describat sive ut Aristaei et Orphei fabulam explicet.*

« 94 « 3 *anzichè praecipitabat leggasi praecipitaret*

« 138 « 28 „ repperit „ reppererit

« 140 « 16 „ gaudam „ gaudeam

Finito di stampare il 31 Agosto 1937 - XV.

Prezzo Lire 7,50